tum, non autem in entibus per ſe, 1. *q.* 46. 2. *ad* 7. & 12. *q.* 1. 4. *o.*

1 Infirmitas in malis voluntariis ſubeſt poteſtati hominis, ideo non tollit, nec minuit rationem culpę, 12. *q.* 21. 2. *ad* 3.

2 Infirmitas animæ, ex qua dicitur aliquod peccatum, eſt paſsio ejus non moderata ratione, 22. *q.* 77. 3. *o.* & *q.* 85. 3. *ad* 4.

3 Infirmitas alleviat peccatum, inquantum diminuit voluntarium, 12. *q.* 47. 2. *c.* & *q.* 73. 6. *c.* & *q.* 77. 6. 7. *o.* & *q.* 88. 2. *c.* & *q.* 105. 2. *ad* 1. & 22. *q.* 14. 3. *c.* & *q.* 150. 4. *ad* 3. & *q.* 154. 3. *ad* 1.

4 Peccatum ex infirmitate imputatur homini ad peccatum mortale inquantum fuit in poteſtate ejus reprimere paſsionem, 12. *q.* 77. 7. 8. *o.*

Ingenitum ſumitur tripliciter, ſcilicet negative extra genus, in genere Dei, & in genere principii divini; primum convenit etiam creaturis non generatis, ſecundum Spiritui Sancto, tertium autem eſt notio patris tantum, 1. *q.* 33. 4. *o.*

2 Ingenitum uno modo ſignificat increatum, & ſic ſecundum ſubſtantiam dicitur; ſecundo id quod non eſt genitum, & ſic dicitur relative, 1. *q.* 33. 4. *ad* 3.

3 Ingenitum & innaſcibilitas nihil ponunt de intellectu eorum, ſed aliquid præſupponunt, 1. *q.* 33. 4. *ad* 1.

4 Pater in divinis potius dicitur ingenitus, quam inſpiratus, triplici ratione, ſcilicet prima eſt, quia proceſsio Spiritus Sancti, ſecundum ordinem naturæ præſupponit generationem filii. Secunda quia per hoc quod dicitur ingenitus, ſecundum quod eſt notio patris, tollitur omnis modus conſequendi generationem. Hoc enim convenit patri inquantum eſt generationis principium, ut nullo modo generationem conſequatur. Tertia quia negatio ingeniti fundatur ſuper rationem principii, 1. *q.* 33. 4. *ad* 5.

1 Ingenii velocitas pertinet ad perfectionem hominis, quoad bene eſſe ejus, 12. *q.* 4. 5. *c.* & 1. *o.*

1 Ingratitudo quælibet eſt peccatum, quia tollit debitum gratitudinis, quod eſt debitum honeſtatis, 22. *q.* 107. 1. *o.*

2 Pertinet ad primam & ſecundam ſpeciem ſuperbiæ, 22. *q.* 162. 4. *ad* 3.

3 Eſt ſpeciale peccatum, ratione contemptus beneficii, ſed eſt circumſtantia, reſpectu aliorum peccatorum, 22. *q.* 107. 2. *o.* & 3. *q.* 88. 4. *o.*

4 Eſt peccatum mortale, & aliquando veniale, 22. *q.* 107. 3. *o.*

5 Proveniens ex peccato mortali habet perfectam rationem ingratitudinis, ſed proveniens ex veniali imperfectam, 22. *q.* 107. 3. *c.* *ad* 1.

6 Oblivio beneficii ex natura excuſat ab ingratitudine, non autem oblivio ex negligentia, nec impotentia recompenſandi beneficium, quia ad gratitudinem ſufficit bona voluntas, ubi deeſt facultas, 22. *q.* 106. 3. *ad* 5. & *q.* 107. 1. *ad* 2.

7 Ingratitudo non eſt reſpectu adjuvantis peccare, quia non confert beneficium; ideo non debetur ei gratiarum actio, 22. *q.* 107. 1. *ad* 1.

8 Ingratus dicitur, dupliciter ſcilicet per ſolam omiſsionem actus gratitudinis, & per actum contrarium gratitudini, 22. *q.* 107. 2. 3. *c.*

9 Gradus ingratitudinis triplex, ſcil. non retribuere, diſsimulare, & peſsimus ex negligentia obliviſci; ſed reddere mala pro bonis reducitur ad primum; vituperare benefactum ad ſecundum, ſed id reputare male factum, ad tertium, 22. *q.* 107. 2. 3. *c.*

10 Ingratitudo contra Deum contingit dupliciter, ſcilicet agendo contra beneficium ejus, per quodcumque peccatum mortale; & agendo contra formam ejus quadrupliciter, ſcilicet per odium proximi, per apoſtaſiam à fide, per contemptum confeſsionis, & per dolorem de pœnitentia præterita; ideo per ingratitudinem horum, ſpecialiter peccata dimiſſa redeunt, 3. *q.* 88. 2. *o.*

11 Ingratus meretur privari beneficio, tamen dans beneficium non debet ei ſubtrahere, ne fiat pejor, 22. *q.* 107. 4. *o.* & *q.* 122. 5. *ad* 4.

12 Ingratitudo non incurritur per peccatum veniale; nec peccata dimiſſa redeunt, quia peccatum veniale non eſt contra Deum, ſed præter eum, 3. *q.* 88. 2. *ad* 2.

13 Peccata venialia redeunt per ingratitudinem, ſicut & peccata mortalia; quia remiſſio utrorumque adſcribitur beneficio Dei contempti per recidivum, 3. *q.* 88. 2. ad 2.

14. Similiter eſt de peccato originali, 3. *q.* 88. 2. *ad* 2.

15 Peccata dimiſſa redeunt per recidivum: quantum ad effectum, quia ex peccatis dimiſsis relinquitur in peccatis ſequentibus deformitas quædam ingratitudinis, non autem redeunt quantum ad priorem maculam, vel reatum, 3. *q.* 88. 1. *o.* & 2. 3. *c.*

16 Per ſequens peccatum non redit tantus reatus, quantus erat omnium peccatorum præteritorum, ſed ſecundum quantitatem contemptus in ingrato, 3. *q.* 88. 3. *o.*

17 Ingratitudo ſecundum quam peccata redire dicuntur, incurritur ex quolibet peccato, quia omne peccatum eſt contra Deum; ideo talis ingratitudo non eſt ſpeciale peccatum, 22. *q.* 107. 2. *ad* 1. & 3. *quæſt.* 88. 4. *o.*

1 Inhumanitas eſt idem quod obduratio contra miſericordiam, 22. *q.* 118. 8. *ad* 3. fin.

2 Eſt filia avaritiæ, ſicut & obduratio contra miſericordiam, 22. q. 118. 8. *c.*

Iniquitas proprie eſt in proximum, ſed peccatum eſt in ſeipſum, improprie vero ſunt idem, 12. q. 33. 1. *ad* 1. & q. 110. 4. *ad* 4.

1 Injuſtitia duplex, ſcilicet illegalis, oppoſita juſtitię legali, alia ſecundum inæqualitatem ad alterum: prima eſt generalis intentione, & ſpecialis objecto; ſecunda vero eſt ſpecialis utroque modo, 22. q. 58. 5. *ad* 3. & q. 59. 1. *o.* & q. 79. 2. *ad* 1.

2 Injuſtitia ſemper eſt ad alterum, 22. q. 59. 3. *ad* 2.

3 Faciens injuſtum ex electione, eſt injuſtus; non autem ſi præter intentionem, ſcilicet per ignorantiam, vel ex paſsione, 22. q. 59. 2, *o.* & 4. *ad* 1.

4 Injuſtitia eſt circa operationes exteriores, 22. q. 60. 3. *ad* 3.

5 Exceſſus in pœnis, quoad illud quod exterius agitur, pertinet ad injuſtitiam, ſed quoad auſteritatem animi, qua prompte hoc fit, pertinet ad crudelitatem, 22. q. 159. 1. *ad* 1.

6 Nullus volens patitur injuſtum formaliter, nec aliquis agit injuſtum formaliter, niſi volens, 22. q. 59. 3. *o.* & q. 66. 4. *c.*

7 Aliquis poteſt facere injuſtum, nullo patiente injuſtum formaliter, & é converſo, ſed materialiter ſemper ſe comitantur, 22. q. 59. 3. *ad* 3.

8 Facere injuſtum formaliter éſt peccatum mortale, niſi in minimis, 22. q. 59. 4. *o.* & q. 69. 1. *c.* & q. 110. 3. *c.*

9 Omne peccatum eſt injuſtitia, 12. q. 113. 1. *ad* 1. item 22. q. 59. 1. *ad* 1.

Innaſcibilitas eſt notio patris, & proprietas ejus, non autem eſt notio perſonalis, 1. q. 32. 3. *c.* & q. 33. 4. *o.*

1 Innocentia, & tempus amiſſum ſunt irrecuperabilia, 3. q. 89. 3. *c.*

2 Innocentes mortui pro Chriſto in Bethleem fuerunt martyres, 22. q. 124. 1. *ad* 1. & 3. q. 36. 2. *ad* 3.

3 Uſus rationis miraculoſe acceleratus eſt ſecundum aliquos in innocentibus, 22. q. 124. 1. *ad* 1.

4 Homines in ſtatu innocentiæ fuiſſent inęquales ſexu, ætate, juſtitia, ſcientia, robore, pulchritudine, complexione, & quantitate, tamen ſine defectu animæ, & corporis, 1. q. 92. 1. *ad* 2. & q. 96. 3. 4. *c.*

5 Tunc fuiſſet emiſsio ſuperfluitatum, ſed ſine ulla indecentia, 1. q. 97. 3. *ad* 4.

6 Tunc homines vixiſſent in communi poſſeſsionum, 1. q. 98. 1. *ad* 3.

7 Tunc homo fuiſſet ſicut Angelus per ſpiritualem mentem, 1. q. 98. 2. *ad* 1.

8 Continentia & pœnitentia, non fuiſſent tunc, ſaltem ſecundum actus quos nunc habent, 1. q. 95. 3. *o.* & q. 98. 2. *ad* 3.

9 Nec matrimonium tunc fuiſſet in remedium, nec ut ſacramentum, ſed fuiſſet in officium naturę, 3. q. 61. 2. *ad* 3.

10 * Actus matrimonii tunc ſolviſſet integritatem carnis, non autem mentis; nunc autem ſolvit utroque modo ſecundum actum, non autem ſecundum habitum; ſicut in coitu vitioſo, 12. q. 34. 1. *ad* 1.

11 * Tunc fuiſſet partus ſine dolore, 22. q. 164. 2. *c.*

12 Tunc ſacramenta non fuiſſent neceſſaria, quia non accepiſſent homines cognitionem ex ſenſibilibus, 3. q. 61. 2. *o.*

Innovatio mundi fiet in fine mundi, non quidem ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum qualitatem, nec fiet naturaliter, ſed ſupernaturaliter, 1. q. 66. 3. *c.*

1 Inobedientia duplex, ſcilicet generalis, ideſt quicumque receſſus á præcepto, & ſpecialis, ideſt contemptus ejus, 22. q. 104. 2. *ad* 1. & q. 105. 1. *ad* 1. & 2. *ad* 3.

2 Omnis inobedientia formaliter, ideſt ex contemptu, eſt peccatum mortale, 22. q. 69. 1. *c.* & q. 105. 1. *o.*

3 Non eſt peccatum in Spiritum Sanctum, niſi ſit ei annexa obſtinatio, 22. q. 105. 2. *ad* 2.

4 Eſt tanto gravior, quanto præcipiens eſt major, & quanto præceptum eſt magis intentum, 22. q. 105. 2. *o.*

1 Inquiſitio pertinet ad rationem, judicium ad intellectum, 22. q. 49. 5. *ad* 3. & q. 53. 4. *c.*

2 Inquirere de dictis, vel factis aliorum ad utilitatem ſui, vel aliorum, eſt laudabile; ſi autem ad malum, vel inutiliter, eſt vitioſum 22. q. 167. 2. *c.* *ad* 3.

3 Debitor certæ perſonæ tenetur inquirere eam, ut prælatus ſubditum, non autem debitor incertæ perſonæ, 22. q. 33. 2. 3. *ad* 4.

Inſania duplex, ſcilicet excludens totaliter uſum rationis, alia privans affectum humanum. Prima opponitur prudentiæ, ſecunda vero manſuetudini, & clementiæ, 22. q. 150. 4. *ad* 3. & 157. 3. *ad* 3. & 175. 2. *ad* 2.

1 Inſenſibilitas eſt vitium, quo prętermittuntur neceſſaria vitæ contra rationem, ideo eſt peccatum, 22. q. 142. 1. *o.*

2 Inſenſibilitas non multum contingit, ideo ipſa, & omnes ſpecies ejus oppoſitę diverſis ſpeciebus temperantiæ ſunt innominatę: & contrariantur temperantiæ, & intemperantiæ 22. q. 150. 1. *ad* 1.

3 Vitium contrarium luxurię continetur, ſub inſenſibilitate, ſed non tangitur in multis, eo quod homines magis ſunt proni ad delectationes, & accidit hoc vitium in eo qui tantum deteſtatur mulierum uſum, quod etiam

ſubjecto, & ſemper eſt eorumdem, ſicut compoſitio realis eſt diverſorum, 1. q. 85. 5. ad 3.

40 Solus intellectus hominis intelligit cum diſcurſu, & componendo & dividendo, neceſſario, 1. q. 58. 4. 5. o. & q. 85. 5. o.

41 Operatio intellectus quintuplex, ſcilicet intelligentia, ideſt ſimplex intuitus, intentio, ideſt ordinatio ad aliud, excogitatio, ſapere, & diſpoſitio verbi, 1. q. 79. 10 ad 3.

42 Actus intellectus duplex, ſcilicet actus rectus, & actus reflexus, 1. q. 28. 4. ad 2. & q. 87. 3. ad 2.

43 Intellectus habet duos actus, ſcilicet percipere, & judicare, 22. q. 45. 2. ad 3.

44 Perfectum judicium intellectus in nobis non poteſt haberi, niſi per reſolutionem ad ſenſibilia, quæ ſunt prima principia noſtræ cognitionis, 22. q. 173. 3. c.

45 * Operatio dicitur intellectualis dupliciter. Uno modo quaſi in ipſo intellectu conſiſtens, ut contemplatio: & talis operatio non determinat ſibi locum. Alio modo quia eſt ab aliquo intellectu regulata & imperata; & ſic interdum determinat ſibi loca, 1. q. 112. 1. ad 1.

46 Tempus miſcetur ſecundæ operationi intellectus noſtri dupliciter, ſcilicet ex parte ſua accipiendo ſcientiam à continuo & tempore, ideſt à ſenſu & imaginatione; & ex parte intellectorum quæ ſunt in tempore, ſed intellectioni Dei, primo modo tantum, 12. q. 113. 7. ad 5.

47 Intellectus eſt ſupra tempus corporalium non autem ſpiritualium, 1. q. 85. 4. ad 1.

48 Principium operationis intellectus duplex, ſcilicet intellectus, & ſpecies intelligibilis, & utrumque poteſt eſſe immediate à Deo, 1. q. 105. 3. c.

49 In omni operatione, qua intellectus noſter abſtrahit à phantaſmatibus, neceſſe eſt quod abſtrahatur à ſenſibus, 22. q. 175. 4. c.

50 Unus intellectus poteſt melius alio rem aliquam intelligere dupliciter, ſcilicet ratione fortioris intellectus, & ratione meliorum ſenſuum, non autem ex parte objecti, 1. q. 12. 6. o. & q. 85. 7. o.

51 Intellectus intelligit aliquando rem aliter, quam ſit, 1. q. 85. 1. ad 1.

52 Intelligere rem aliter quam ſit, contingit dupliciter, ſcilicet ex parte objecti, & ex parte intellectus. Primum eſt falſum, non autem ſecundum. Vel verum eſt quod intellectus qui intelligit rem aliter quam ſit, eſt falſus, ſi ly realiter, feratur ad rem intellectam; tunc enim intellectus eſt falſus, quando intelligit rem eſſe aliter quam ſit; non eſt autem verum, ſi ly aliter, accipiatur ex parte intelligentis. Eſt enim abſque falſitate ut alius ſit modus in intelligendo, quam modus rei in eſſendo, quia intellectum eſt in intelligente immaterialiter per modum intellectus, non autem materialiter per modum rei materialis, 1. q. 12. 6. ad 1. & ad 2. & q. 13. 12. ad 3. & q. 85. 1. ad 1.

53 Non poſſe intelligi ſine alio contingit dupliciter, ſcilicet vel alio non intellecto, vel non exiſtente, 1. q. 16. 3. ad 3. & q. 85. 1. ad 1.

54 Intelligibile eſt in intellectu tripliciter, ſcilicet actu, habitu, & ut relatum ad alium, 1. q. 107. 1. c.

55 * Nihil poteſt intelligi, niſi ſecundum quod eſt ens actu, 1. q. 12. 1. c.

56 Solus intellectus cognoſcit quidditates rerum, 1. q. 57. 1. ad 1. & 12. q. 31. 5. c. & 22. q. 8. 1. c.

57 Res intellecta eſt in intellectu, per ſpeciem ejus, non autem ſecundum propriam naturam, 1. q. 2. 2. ad 4. & q. 14. 5. ad 4. & q. 57. 1. ad 2. & q. 76. 2. ad 4. & q. 85. 2. ad 1.

58 Unumquodque eſt intelligibile in actu, ſecundum quod ejus ſimilitudo eſt in intellectu, 1. q. 58. 2. c.

59 Intellectum eſt perfectio intellectus, per ſpeciem intelligibilem in intellectu, 1. q. 57. 1. ad 1.

60 * Intellectus in actu, & intellectum ſunt idem, 1. q. 14. 2. c. & q. 55. 1. ad 2. & q. 85. 2. ad 1. & q. 87. 1. ad 3.

61 Per formam lapidis inquantum hujuſmodi, non perficitur intellectus: ſed inquantum in ea participatur ſimilitudo alicujus quod eſt ſupra intellectum humanum, ſcilicet lumen intellectuale, vel aliquid hujuſmodi, 12. q. 3. 6. c.

62 Ad hoc quod aliquid ſit intellectum in actu, requiritur abſtractio á materia, & à conditionibus materiæ, 1. q. 50. 2. c. & q. 55. 1. ad 2. & q. 79. 3. c. & q. 87. 1. ad 3.

63 Species intelligibilis intellectus noſtri eſt ſimilitudo rei, quoad naturam ſpeciei tantum; ideo per eam cognoſci poſſunt infinita, ſed indiſtincte, 1. q. 14. 3. ad 1. & 12. c. fin. & q. 76. 2. ad 4. & q. 85. 1. ad 3. & q. 86. 1. c.

64 Species ſenſibilis in ſenſu eſt ſimilitudo unius tantum individui, ideo per eam tantum unum individuum cognoſci poteſt, 1. q. 14. 12. c. fin.

65 Intelligere conſequitur ſpeciem intelligibilem, ſicut eſſe formam, 1. q. 14. 4. c.

66 Intellectus noſter non poteſt intelligere, niſi per aliquam ſpeciem informetur, 1. q. 14. 2. ad 3.

67 Species intelligibilis comparatur ad intellectum, ſicut actus ad potentiam & ut forma ejus, 1. q. 55. 1. c.

68 Ex intellectu & ſpecie intelligibili fit unum ſubjecto; non autem eſſentialiter, 1. q. 14. 2. c. & q. 55. 1. ad 2. & q. 85. 2. ad 2.

69 In uno intellectu à diverſis phantaſmatibus ejuſdem ſpeciei non abſtrahitur niſi una ſpecies intelligibilis, 1. q. 76. 2. c. fin.

70 Species intelligibilis eſt à phantaſmate, ſecundum ſuum eſſe materiale; ſed ab intellectu agente, ſecundum eſſe formale, ideſt ut eſt intelligibilis in actu, 1. q. 84. 6. c. & q. 85. 1. ad 3.

71 Intelligere univerſalia eſt intelligere naturam generis vel ſpeciei, ſine individuis; per ſpeciem intelligibilem abſtractam à materia per intellectum agentem, 1. q. 44. 3. ad 3. & q. 85. 1. ad 1.

72 Intellectus noſter intelligit ſe, ſicut & alia, ideſt per ſpecies aliorum, 1. q. 14. 2. ad 3. & q. 87. 1. o. & q. 88. 2. ad 3. & quæſt. 89. 2. c.

73 Intellectus poſsibilis conſervat ſpecies, contra Avicennam, 1. q. 79. 6. c. & q. 84. 4. c. & 12. q. 67. 2. c.

74 Plures ſpecies poſſunt ſimul eſſe in intellectu, 1. q. 12. 10. c. & q. 58. 2. ad 2. & q. 85. 4. c. ad 2.

75 In intellectu reſultant diverſæ ſpecies, ſecundum diverſam diſpoſitionem phantaſmatum; ſicut ex diverſa ordinatione earumdem litterarum reſultant diverſi intellectus, 22. q. 173. 2. c.

76 Species eſt in intellectu, & in ſenſu tripliciter, ſcil. in potentia tantum, in actu, ſecundum complexionem ultimam, & medio modo, ſc. in habitu, 1. q. 79. 6. ad 3.

77 Species primo eſt in ſenſu, ſecundo in imaginatione, tertio in intellectu poſsibili, per lumen intellectus agentis, 1. q. 55. 2. ad 2. & 22. q. 173. 2. c.

78 Species ſunt in imaginatione, ſecundum quod imprimuntur à ſenſu, vel ſecundum quod tranſmutantur ex mutatione corporis, vel ſecundum quod ex imperio intellectus ordinantur phantaſmata ad aliquid ſignificandum, 22. q. 173. 2. c.

79 * Senſus, & intellectus differunt realiter, per univerſale, & particulare, & ſimiliter appetitus ſenſitivus, & intellectivus, ideſt voluntas, 1. q. 50. 1. c. & q. 80. 2. ad 2. & q. 84. 6. c. & q. 115. 4. c.

80 Intellectus judicans de agendis, & appetendis dicitur ſenſus, quia relatus eſt ad particulare, 1. q. 54. 5. ad 1. & 22. q. 16. 2. c. & q. 48. c. & q. 49. 2. ad 3.

81 Eſt ſimilis ſenſui in hoc quod requirit proportionem objecti, diſsimilis autem quia non corrumpitur ab objecto excedente, ſicut ſenſus, 1. q. 88. 1. ad 3.

82 Indiget ſenſu ſicut extremo ad quod fit reſolutio, non autem quia actus intellectus fiat per organum, 1. q. 50. 1. c. & q. 115. 4. c.

83 Licet operatio intellectus oriatur à ſenſu, tamen in re apprehenſa per ſenſum intellectus multa cognoſcit, quæ ſenſus percipere non poteſt; & ſimiliter æſtimativa, 1. q. 78. 4. ad 4.

84 * Abſtrahit ab omni differentia temporis, ſicut ab aliis conditionibus materialibus, quas ſenſus concernit, 1. q. 107. 4. c.

85 Cujuslibet potentię ſenſitivæ objectum eſt forma, prout eſt in materia corporali, ideo eſt cognoſcitiva particularium tantum. Ratio autem eſt cognoſcitiva ipſius univerſalis, 1. q. 85. 1. c. & 3. ad 4. & 12. q. 5. 1. ad 1. princ. & 22. q. 58. 5. ad 2.

86 Potentiæ ſenſitivæ interiores præparant intellectui poſsibili proprium objectum; ideo ex bona diſpoſitione earum, ad quam etiam cooperatur bona diſpoſitio corporis, redditur homo habilis ad intelligendum, 12. q. 50. 4. ad 3.

87 Judicium intellectus impeditur per ligamentum ſenſus, 1. q. 84. 8. o. & q. 94. 4. ad 4. & q. 101. 2. c. & 12. q. 33. 3. ad 3. & q. 48. 3. c. & q. 53. 1. ad 3. & 22. q. 154. 5. c. & quæſt. 172. 1. o.

88 Senſibilia ſunt cauſa ſecundaria cognitionis intellectivę, ſed cauſa principalis eſt intellectus agens, 1. q. 50. 3. ad 3. & q. 84. 6. c. ad 3.

89 Senſus cognoſcit tantum particularia corporalia, ſed intellectus cognoſcit etiam univerſalia, & incorruptibilia, 1. q. 85. 1. c.

90 Senſus apprehendit rem, quoad exteriora ejus accidentia tantum, ſed intellectus ingreditur ad interiora, ideſt, ad eſſentiam, 1. q. 108. 1. ad 3.

91 Nulla forma ſubſtantialis eſt ſenſibilis per ſe, ſed ſolo intellectu comprehenſibilis, 1. q. 57. 1. ad 2. & q. 67. 3. c. & q. 75. 6. c. fin.

92 Voluntas, & intellectus ſunt potentiæ naturales, & conſequuntur naturam animæ de neceſsitate, 12. q. 110. 4. ad 4. & 3. q. 18. 1. c. ad 3. & ad 4.

93 Sunt in eadem eſſentia animæ ſubjective, 1. q. 87. 4. ad 1. & 12. q. 33. 3. ad 2.

94 * In omni creatura differunt realiter intellectus, voluntas, & eſſentia, 1. q. 59. 2. c.

95 Voluntas non poteſt eſſe in carentibus intellectu, 12. q. 1. 2. ad 3. & q. 6. 2. ad 1.

96 Objectum intellectus, ſcil. ratio boni, eſt ſimplicius, abſolutius, altius, & nobilius objecto voluntatis, ſcilicet bono, 1. q. 82. 3. c. ad 1. & 4. ad 1.

97 Nobilitas operationis intellectus attenditur ſecundum menſuram intellectus, voluntatis autem, ſecundum objectum, 22. q. 23. 6. ad 1.

98 Intellectus inter omnes potentias eſt altior, & voluntati propinquior, 12. q. 83. 3. ad 1.

99 Eſt ſuperior voluntate, quoad rationem ordinis, ſed quoad imperium eſt è converſo, 12. q. 13. 1. c.

100 Voluntas reſpectu eorum quæ ſunt ſupra animam, eſt nobilior intellectu, ſed reſpectu inferiorum eſt é converſo, 1. q. 82. 3. c. ad 3. & q. 108. 6. ad 3. & 12. q. 66. 6. ad 1. & 22. q. 23. 6. ad 1.

etiam uxori debitum non reddit, 22. q. 153. 3. *ad* 3.

Inſidiæ non proprie ſunt fraudes, nec opponuntur juſtitiæ, nec ordinatæ voluntati; ideo licet eis uti in bello juſto, ut patet in libro ſtratagematum Francorum, 22. q. 40. 3. *o.* & q. 71. 3. *ad* 3.

Inſipientia eſt idem quod ſtultitia, & contrariatur ſapientię, 22. q. 46. 1. *ad* 1.

Inſtabilitas eſt mutabilis loci, vel propoſiti, 22. q. 35. 4. *ad* 3.

1 Nihil temporis eſt, niſi inſtans ejus, 1. q. 46. 3. *ad* 3.

2 Inſtans in toto tempore eſt idem ſubjecto, differens ratione, 1. q. 10. 4. *ad* 2.

3 * Inter quælibet duo inſtantia, qualitercumque ſignentur, ſemper eſt accipere tempus medium, 1. q. 53. 3. *c.* & q. 63. 6. *ad* 4. & 3. q. 75. 7. *ad* 1.

4 Puncta in linea poſſunt accipi intrinſeca, & extrinſeca; inſtans vero extrinſecum tantum, 3. q. 75. 7. *ad* 1.

5 Primum inſtans, in quo res habet eſſe, datur; non autem ultimum, 1. q. 53. 3. *c.* & 12. q. 113. 7. *ad* 5. & 3. q. 33. 1. *ad* 3. & q. 75. 7. *ad* 1.

6 Omne agens poteſt operari in primo inſtanti in quo eſt, niſi ſit imperfectum, vel impeditum, vel actio ejus ſit ſuceſsiva, 1. q. 42. 2. *c.* & q. 46. 2. *ad* 1. & q. 63. 5. *c.* & 12. q. 113. 3. *ad* 4. & 3. q. 34. 2. *ad* 1.

7 In eodem inſtanti eſt illuminatio aeris, viſio coloris, & diſcretio rei viſæ; licet primum ſit cauſa ſecundi, & ſecundum tertii, 1. q. 63. 5. *c.*

8 * Operatio intellectus & voluntatis poteſt eſſe in inſtanti, 1. q. 63. 5. *c.* & 12. q. 113. 7. *o.* & 3. q. 34. 2. *c.*

9 Omnis mutatio cujus ſubjectum nihil habet repugnans formæ introducendæ, eſt in inſtanti, 12. q. 113. 7. *c.* *ad* 3. & 3. q. 75. 7. *c.*

10 Omnis mutatio inſtantanea eſt terminus motus præcedentis, 1. q. 53. 3. *c.*

11 Nullus motus localis, vel augmenti poteſt eſſe in inſtanti, 1. q. 67. 2. *c.* & 3. q. 33. 3. *c.* & q. 57. 3. *ad* 3.

12 Mutatio tripliciter eſt in inſtanti, ſcilicet primo ſi forma ſit indiviſibilis, ut forma ſubſtantialis. Secundo ſi ſubjectum ſit in ultima diſpoſitione. Tertio ſi agens ſit infinitæ virtutis, 22. q. 113. 7. *c.* & 3. q. 75. 7. *c.*

13 Inſtans nunquam intelligitur, niſi ut fluens; nec ut fluens á priori, niſi motus præcedat, nec ut fluens in poſterius, niſi motus ſequatur, 1. q. 46. 1. *ad* 7.

Inſtructio fidei duplex, ſcilicet cathecumenorum circa baptiſmum, & populi Chriſtiani circa miſſam, 3. q. 83. 4. *ad* 4.

1 Inſtrumentum duplex, ſcilicet conjunctum, & ſeparatum, quod non movetur, niſi per conjunctum, 3. q. 62. 5. *c.*

2 Duplex, ſcilicet animatum, & inanimatum; in primo requiritur intentio ad effectum, non autem in ſecundo, 3. q. 64. 8. *ad* 1.

3 Animatum indiget habitu ad operandum, non autem inanimatum; 12. q. 68. 3. *ad* 2. & 3. q. 7. 1. *ad* 3.

4 Quanto inſtrumentum eſt magis proportionatum fini, tanto melius eſt, non autem quanto majus eſt, 22. q. 188. 7. *ad* 1.

5 Virtus dupliciter datur inſtrumento, ſcilicet inchoative, quando inſtituitur; & completive, quando movetur á principali agente, 3. q. 62. 4. *ad* 3. & q. 72. 3. *ad* 2.

6 Quando opus perficitur pluribus inſtrumentis, virtus inſtrumentalis non eſt complete in uno inſtrumento, ſed incomplete in utroque, 3. q. 62. 4. *ad* 4. & q. 82. 1. *ad* 1.

7 Virtus inſtrumentalis eſt incompleta, & intentionalis, 3. q. 62. 4. *o.* & q. 63. 5. *ad* 1.

8 Per ſe loquendo, non eſt proprie in genere, ſed reducitur ad genus & ſpeciem virtutis perfectæ, 3. q. 62. 4. *ad* 2. & q. 63. 2. *c.*

9 Non eſt in ſubjecto ſecundum conditionem ejus ſicut formæ perfectæ; ſed ſecundum conditionem agentis principalis, 3. q. 63. 5. *ad* 1. & *ad* 2.

10 Virtus ſpiritualis non poteſt eſſe in corpore ſecundum eſſe completum, ſed intentionaliter & inſtrumentaliter, 3. q. 62. 4. *ad* 1.

1 Intellectualis ſubſtantia non poteſt uniri formaliter corpori, niſi corpori humano, 1. q. 51. 1. *c.*

2 Neceſſe eſt eſſe aliquas ſubſtantias intelectuales, 1. q. 50. 1. *c.*

3 Omnis ſubſtantia intellectualis eſt incorporea, 1. q. 50. 1. *c.*

4 Nullum intellectuale eſt materiale, 1. q. 50. 2. *c.*

5 Subſtantiæ intellectuales ſunt incorruptibiles, 1. q. 35. 6. *c.* fin.

6 Omnis ſubſtantia intellectualis eſt volens, 1. q. 19. 1. *o.* & q. 59. 1. *c.* *ad* 1.

7 Creatura intellectualis eſt perfectior univerſo intenſive; non autem extenſive, ſed è converſo, 1. q. 93. 2. *ad* 3.

1 Intellectus dicitur, quaſi intus legens, intellectus enim nomen ſumitur ab intima penetratione veritatis: unde actu intelligere aliquid, eſt actu cogitare, ſecundum Auguſtinum, 12. q. 108. 1. *ad* 3. & 22. q. 8. 1. *c.* & q. 49. 5. *ad* 3.

2 * Eſt potentia realiter diſtincta ab eſſentia animæ, 1. q. 79. 1. *o.*

3 * Eſt potentia paſsiva, 1. q. 79. 2. *o.*

4 * Intellectus paſsivus, ſecundum aliquos, eſt appetitus ſenſitivus; ſed ſecundum alios eſt potentia cogitativa, 1. q. 79. 2. *ad* 2. & 12. q. 51. 3. *c.*

5 In-

5 Intellectus dicitur dupliciter, ſcilicet anima intellectiva, ſed denominative, quaſi à principaliori ſua virtute; & potentia intellectiva, 1. q. 79. 1. *ad* 1.

6 Duplex, ſcilicet intellectus poſsibilis, & intellectus paſsivus, 12. q. 51. 3. *o.* item q. 71. 4. *c.*

7 Quadruplex, ſcilicet agens, poſsibilis, in habitu, & in actu ſive adeptus, 1. q. 79. 10. *c.*

8 Intellectus eſt in potentia ad formas univerſales, materia vero eſt in potentia ad formas individuales, ideo differunt realiter, 1. q. 75. 5. *ad* 1. item *ad* 2.

9 Intellectus hominis multiplicatur ſecundum multitudinem corporum contra Averroem commentatorem, 1. q. 76. 2. *o.* & q. 79. 5. *o.* & q. 117. 1. *c.* & q. 118. 2. *ad* 2. & 12. q. 50. 4. *c.*

10 * Ens in communi eſt objectum intellectus, 1. q. 55. 1. *c.* item q. 79. 7. *c.* & q. 82. 4. *ad* 1. & q. 87. 3. *ad* 1. & q. 105. 4. *c.* & 12. q. 9. 1. *c.* & q. 10. 1. *ad* 3.

11 Ratio & cauſa veritatis alicujus objecti primo apprehenditur à potentia intellectiva, 12. q. 1. 1. *c.*

12 Ens eſt primum cadens in intellectu, 1. q. 5. 2. *c.* & q. 11. 2. *ad* 4. & 12. q. 55. 4. *ad* 1. & q. 94. 2. *c.*

13 Primo intelligitur ens, ſecundo non ens, tertio diviſio, quarto unum, quinto multitudo, 1. q. 11. 2. *ad* 4.

14 Intellectus noſter intelligit ſe, & actum ſuum, & ſpeciem intelligibilem reflexive; non autem primo, 1. q. 14. 2. *ad* 3. item q. 26. 2. *ad* 4. itemq. 85. 2. *c.* item q. 87. 1. 3. *o.*

15 Cognoſcit ſe, non per eſſentiam ſuam, ſed per actum ſuum dupliciter, ſcilicet vel particulariter, ideſt dum quis percipit ſe habere animam intellectivam, dum percipit ſe intelligere; vel univerſaliter, ideſt conſiderando naturam intellectus, ex actu ejus. Ad primum modum ſufficit ejus præſentia, non autem ad ſecundum, ſed requiritur diligens & ſubtilis inquiſitio, 1. q. 87. 1. *o.* & q. 88. 2. *ad* 3. & q. 89. 2. *c.* & q. 94. 2. *c.*

16 Intellectum duplex, ſcilicet primum, ideſt ſpecies intelligibilis, quæ eſt perfectio intellectus; & ſecundum, ideſt res cujus eſt ſpecies, ſicut eſt duplex viſum, 1. q. 14. 5. *ad* 2. & *ad* 3.

17 Id quod primo intelligitur, eſt res cujus ſimilitudo eſt ſpecies in intellectu, quæ non intelligitur primo ſed reflexive, 1. q. 85. 2. *o.*

18 Intellectus noſter in hac vita non cognoſcit ſubſtantias ſeparatas á materia, quantum ad quid ſunt; quia ſunt ordine naturæ ſupra nos, 1. q. 64. 1. *ad* 1. & q. 89. 2. *ad* 3.

19 Intelligit ſimplicia, & enunciat per modum cujuſdam compoſitionis; ſed Deus é converſo, 1. q. 50. 2. *c.* & 22. q. 1. 2. *c.*

20 Res materiales ſunt in intellectu noſtro ſimpliciores, quam in ſeipſis, 1. q. 50. 2. *c.*

21 Singularitas repugnat intellectioni ratione materiæ, non autem ſecundum ſe; ideo individuum immateriale eſt intelligibile in actu, 1. q. 56. 1. *ad* 2. & q. 76. 2. *ad* 3. & q. 79. 6. *ad* 2. & q. 86. 1. *c.* *ad* 3.

22 * Intellectus noſter non cognoſcit ſingularia, 1. q. 14. 11. *ad* 1.

23 Non intelligit individuum materiale primo, ſed reflexive, 1. q. 14. 11. *ad* 1. item q. 50. 2. *c.* fin. item q. 56. 1. *ad* 2. item q. 57. 2. *ad* 1. item q. 86. 1. *o.* item 3. 4. *c.* item q. 89. 4. *c.* *ad* 1. item 22. q. 47. 5. *ad* 1.

24 Qui eſt ſemper in actu, non intelligit privationem primo, ſed per habitum, 1. q. 14. 10. *ad* 1.

25 Nullus intellectus poteſt intelligere plura ut plura, ſed ut uniuntur, 1. q. 12. 10. *o.* item q. 14. 7. *c.* *ad* 1. & q. 22. 3. *ad* 3. & q. 58. 2. *o.* & q. 85. 4. *o.* & 5. *ad* 1. & 12. q. 12. 3. *ad* 3. & q. 54. 1. *ad* 3. & q. 113. 7. *ad* 2. & 22. q. 8. 1. *ad* 3.

26 Intellectus noſter poteſt intelligere infinita in potentia, & ſucceſsive; non autem infinita in actu nec in habitu diſtincte, 1. q. 86. 2. *o.* & q. 87. 3. *ad* 2.

27 Subjectum & prædicatum, ut partes unius propoſitionis, ſimul una intellectione intelliguntur; non autem abſolute, 1. q. 58. 2. *c.* & 12. q. 113. 7. *ad* 2.

28 Eodem actu intelligitur concluſio, & principium ut eſt ratio concluſionis, non autem abſolute, 12. q. 8. 3. *c.* & q. 12. 4. *c.*

29 Eodem actu ſimul intelligitur res cum ſua perfectione, 1. q. 87. 3. *c.* *ad* 2.

30 Eadem intellectione intelligitur objectum & intellectio ejus, ut ratio, non autem ut objectum, 1. q. 28. 4. *ad* 2. & q. 87. 3. *ad* 2.

31 Actio intellectus eſt vita, ideſt operatio viventis, non autem eſſe ejus, 1. q. 54. 1. *ad* 2.

32 Intelligere comparatur ad intellectum, ſicut eſſe ad eſſentiam, 1. q. 54. 1. 3. *c.*

33 Eſt ſimplex intuitus intellectus in præſens, 12 q. 108. 1. *ad* 3.

34 * Eſt quoddam pati, 1. q. 79. 2. *c.*

35 Actio intellectus cujuſcumque creati dependet à Deo, quoad duo; primo inquantum habet ab eo perfectionem qua agit, ideſt lumen, ſecundo inquantum movetur ab eo, 12. q. 109. 1. *c.*

36 Intellectus movet ſe, 12. q. 9. 3. *o.*

37 Quicumque intelligit, ex hoc procedit aliquid ab eo, ſcilicet verbum cordis, 1. q. 27. 1. *c.*

38 * Operatio intellectus duplex, ſcilicet ſimplex apprehenſio, & compoſitio, & diviſio, 1. q. 85. 2. *ad* 3. & 22. q. 83. 1. *ad* 3.

39 Compoſitio intellectus duplex, ſcilicet univerſalis cum particulari: & accidentis cum

ſub-

101 Idem ſecundum rem eſt objectum intellectus, inquantum eſt verum, & voluntatis inquantum eſt bonum, 1. *q.* 59. 2. *ad* 2. & *q.* 79. 11. *ad* 2. & *q.* 80. 1. *ad* 2. & *quæſt.* 87. 4. *ad* 2.

102 Anima non poteſt eſſe ſine intellectu, & voluntate, 12. *q.* 110. 4. *ad* 4.

103 Intellectus tendit ad res, ut ſunt in eo, ſed voluntas, ut ſunt in ſeipſis, 1. *q.* 19. 3. *ad* 6. & 6. *ad* 2. & *q.* 82. 3. *c.* & 12. *q.* 66. 6. *ad* 1. & *q.* 86. 1. *ad* 2. & 22. *q.* 23. 6. *ad* 1.

104 Omne amatum eſt in voluntate ſicut terminus motus eſt in principio motivo; non autem eſt in ea ſecundum ſimilitudinem ſuæ ſpeciei, ſicut eſt in intellectu, 1. *q.* 27. 4. *c.*

105 Objectum intellectus eſt primum in genere cauſæ formalis, ſed objectum voluntatis eſt primum in genere cauſæ finalis, 12. *quæſt.* 9. 1. *c.*

106 * Intellectus eſt ſimpliciter prior voluntate, ſicut motivum mobili, & activum paſſivo, 1. *quæſt.* 82. 3. *ad* 2. & 12. *quæſt.* 13. 1. *c.*

107 * Prior eſt voluntate, in via receptionis, ſed è converſo in movendo, & agendo, 12. *q.* 83. 3. *ad* 3.

108 Regit voluntatem, non inclinando, ſed oſtendendo, & ordinando, 12. *q.* 17. 5. *o.*

109 Non movet corpus, niſi per appetitum, cujus motio præſupponit operationem intellectus, 1. *q.* 76. 1. *c.* 2.

110 Intellectus movet voluntatem per modum finis, ſed voluntas movet imperando intellectui, & cæteris potentiis animæ, 1. *q.* 82. 4. *o.* & *q.* 107. 1. *c.* & 12. *q.* 9. 1. *o.* & 2. *ad* 3. & 3. *c.* & *q.* 11. 1. *ad* 2. & *q.* 12. 1. *c.* & *q.* 16. 1, *c.* & *q.* 17. 1. *o.* & *q.* 18. 7. *c.* & *q.* 19. 3. *ad* 3. & *q.* 56. 3. *c.* & *q.* 58. 1. *c.* *ad* 3. & *q.* 74. 5. *ad* 2. & 22. *q.* 58. 8. *ad* 1. & *q.* 82. 1. *ad* 1. & *q.* 180. 1. *c.* *ad* 3. & 3. *q.* 85. 4. *ad* 4.

111 Sicut intellectus ex neceſſitate inhæret primis principiis, ita, & voluntas fini, 1. *q.* 82. 1. 2. *c.*

112 Finem prius apprehendit intellectus quam voluntas, tamen motus ad finem incipit in voluntate, 12. *q.* 3. 4. *ad* 3. & *ad* 4. & 22. *q.* 4. 7. *c.*

113 Intellectus eſt primum motivum omnium potentiarum animę, quoad determinationem actus; voluntas vero, quoad exercitium actus, 12. *q.* 17. 1. *c.*

114 * Ab intellectu procedit aliquid dupliciter, ſcil. aliquid per modum operati, & aliquid per modum operationis; à voluntate autem ſecundo modo tantum, 1. *q.* 27. 4. *c.*

115 Intellectus neceſſario intelligit aliquid, non ex imperio voluntatis, 1. *q.* 82. 4. *ad* 3.

116 Intelligit actum voluntatis, 1. *q.* 87. 4. *o.* & 12. *q.* 17. 1. *c.*

117 Actus intellectus, & voluntatis ſupra ſe invicem reflectuntur, 12. *q.* 17. 1. *c.* & 3. *ad* 3. & 22. *q.* 109. 2. *ad* 1.

118 Neceſſe eſt eſſe intellectum agentem, 1. *q.* 54. 4. *o.* & *q.* 79. 3. *o.*

119 Si intellectus agens non eſſet aliquid animæ, ſed eſſet quædam ſubſtantia ſeparata, unus eſſet intellectus agens omnium hominum, & hoc intelligunt qui ponunt unitatem intellectus agentis, 1. *q.* 79. 5. *c.*

120 * Si intellectus agens ſit aliquid animę, ut quædam virtus ipſius, neceſſe eſt dicere, quod ſint plures intellectus agentes, ſecundum pluralitatem animarum, quæ multiplicantur ſecundum multiplicationem hominum; non enim poteſt eſſe, quod una, & eadem virtus ſit diverſorum ſubjectorum, 1. *q.* 79. 5. *c.* fin.

121 Intellectus agens eſt actus intelligibilium, quæ abſtrahuntur á phantaſmatibus, 1. *q.* 87. 1. *c.* *co.* 1. fin. & *ad* 2.

122 Eſt ſua actio, non quidem per eſſentiam, ſed concomitanter, 1. *q.* 54. 1. *ad* 1.

123 Nullo modo eſt patiens, nec eſt ſubjectum habitus, 1. *q.* 50. 5. *ad* 2. & *q.* 54. 1. *c.*

124 Intellectus in actu ſemper intelligit, quantum eſt de ſe, ideſt ex parte intellectus agentis, 1. *q.* 79. 4. *ad* 2.

125 Intellectus poſſibilis non unitur homini per ſpeciem intelligibilem, contra Averroem, 1. *q.* 76. 1. *c.* *co.* 1. fin. & *q.* 88. 1. *c.* fin.

126 Eſt ens actu in genere entis, ſed eſt pura potentia, in genere intelligibilium, 1. *q.* 87. 1. *c.* *ad* 2. & 12. *q.* 50. 4. *ad* 2. & 5. *c.*

127 Sicut potentia ad eſſe ſenſibile convenit materiæ corporali, ſic potentia ad eſſe intelligibile convenit intellectui poſſibili, 12. *q.* 50. 4. *ad* 2. & 5. *c.*

128 Intellectus poſſibilis eſt in potentia naturaliter ad omnia, & ſola quæ poſſunt manifeſtari per lumen intellectus agentis, ſcilicet ad omnes ſpecies rerum ſenſibilium, 1. *q.* 88. 1. *c.* fin. & 12. *q.* 50. 5. *c.*

129 Intellectus agens, & intellectus poſſibilis ſunt potentiæ animæ, & non ſubſtantiæ ſeparatæ à corpore, ſecundum eſſe, 1. *q.* 79. 4. 5. *o.* & *q.* 88. 1. *c.*

130 Fundatur in eadem eſſentia animæ, 1. *q.* 79. 4. *ad* 4. & *q.* 87. 4. *ad* 1.

131 Differunt realiter, 1. *q.* 54. 1. *ad* 1. & *q.* 79. 7. 10. *c.*

132 Intellectus practicus, & intellectus ſpeculativus ſunt realiter eadem potentia, ſed differunt ratione, 1. *q.* 14. 16. *c.* & *q.* 79. 11. *o.*

133 Practicus eſt motivus voluntatis, non quaſi exequens motum, ſed quaſi dirigens ad motum, 1. *q.* 79. 11. *ad* 1.

134 Practicum dicitur ab opere exteriori, ſpeculativum autem ab opere interiori, 12. *q.* 1. 6. *ad* 1. & *ad* 2. & *q.* 3. 5. *ad* 2. & *q.* 13. 4. *ad* 2. & *q.* 57. 1. *ad* 1.

135 Spe-

135 Speculativus ordinatur ad actum proprium ut ad finem, non autem ad actum extrinſecum ſicut intellectus practicus, 22. *q.* 179. 2. *c.*

136 Finis intellectus practici, & vitæ activę eſt exterior operatio, ſpeculativi vero, & vitæ contemplativæ eſt cognitio veritatis, 1. *q.* 14. 16. *c.* & *q.* 79. 11. *o.* & 12. *q.* 3. 5. *c.* *ad* 2. & *q.* 69. 3. *ad* 2. &. 22. *q.* 179. 1. 2. *c.* & *q.* 180. 1. *c.* *ad* 1. & 2. *c.* & *q.* 181. 1. 4. *c.*

137 Res ordinatur ad intellectum practicum, ut menſuratum ad menſuram; ad ſpeculativum autem é converſo, 12. *q.* 64. 3. *c.*

138 Verum intellectus ſpeculativi accipitur per conformitatem ejus ad rem, practici vero per conformitatem ejus ad appetitum rectum, 12. *q.* 57. 5. *ad* 3.

139 Intellectus ut dicit lumen ſupernaturale ad cognitionem, eſt unum de ſeptem Donis Spiritus Sancti, 22. *q.* 8. 1. *o.* & *q.* 49. 2. *ad* 2.

140 Donum potius nominatur intellectus, quam voluntas, quia intellectus dicit excellentiam, non autem voluntas, 22. *q.* 8. 1. *ad* 3.

141 Ratio non dicitur donum, ſicut intellectus, quia ratio procedit ex lumine naturali, non autem intellectus, ſicut nec donum, 22. *q.* 8. 1. *ad* 2.

142 Donum intellectus eſt quædam acuta perſpectio divinorum, 22. *q.* 49. 2. *ad* 2.

143 Eſt ad capiendum divina, quorum judicium eſt doni ſapientiæ, ſicut doni ſcientiæ, reſpectu creaturarum; & conſilium eſt reſpectu ſingularium operum, 22. *q.* 86. *o.*

144 Eſt principaliter habitus ſpeculativus, & ſecundario practicus, 22. *q.* 8. 3. *o.* & 6. *c.* *ad* 3.

145 Ita ſe habet ad nota nobis ſupernaturaliter, ſicut lumen naturale ad prima principia, 22. *q.* 8. 1. *ad* 2.

146 Fides poteſt eſſe ſimul cum dono intellectus, reſpectu eorum quæ ſecundario ſunt fidei: non autem reſpectu principalium, niſi imperfecte, 22. *q.* 8. 2. *o.*

147 Fides, & donum intellectus ſunt circa prima principia cognitionis ſupernaturalis, & gratuitæ primum aſſentiendo, ſecundum penetrando, vel capiendo, 22. *q.* 8. 6. *c.* *ad* 2.

148 Tota certitudo ſapientiæ, intellectus, & ſcientię, ut ſunt dona, procedit à certitudine fidei, quæ eſt principium eorum, ſed ut ſunt virtutes innituntur naturali lumini rationis, fides vero veritati Dei, ideo fides eſt perfectior eis quoad certiorem inhæſionem, ſed é converſo, quoad majorem manifeſtationem, 22. *q.* 4. 8. *c.* *ad* 3.

149 Per donum intellectus homo habet rectam æſtimationem de ultimo fine, quod convenit omni, & ſoli habenti gratiam gratum facientem, 22. *q.* 8. 5. *o.*

150 Donum intellectus non eſt, niſi in exiſtente in gratia, 22. *q.* 8. 5. *o.*

151 Eſt ſemper in omni exiſtente in gratia, nec umquam ſe ſubtrahit in neceſſariis ad ſalutem, in non neceſſariis autem interdum, ut materia ſuperbiæ ſubtrahatur, 22. *quæſt.* 8. 4. *ad* 3.

Intelligentia proprie ſignificat actum intellectus, & aliquando ſignificat ſubſtantias ſeparatas, ſcil. angelos, 1. *q.* 79. 10. *o.*

1 Intelligibile eſt in intellectu tripliciter, ſc. habitualiter, in actu conceptum vel conſideratum, & ut ad aliud ordinatum, & tranſitur de primo ad ſecundum, & de ſecundo ad tertium, per imperium voluntatis, & in ſecundo loquitur intelligens ſibi ipſi, & in tertio loquitur alteri, 1. *q.* 107. 1. *c.* *ad* 2.

2 Forma in materia non eſt intelligibilis, niſi in potentia, 1. *q.* 79. 3. *c.*

1 Intemperantia eſt maxime vituperabilis, 22. *q.* 142. 4. *o.* & *q.* 143. *c.* & *q.* 144. 1. *ad* 2. & *q.* 151. 4. *ad* 2. & *ad* 3.

2 Maximum remedium contra intemperantiam eſt non immorari circa ſingularium conſiderationem, 22. *q.* 142. 3. *c.* *ad* 3.

1 Intenduntur, & remittuntur formę quæ poſſunt recipere magis, & minus, ſecundum diverſam diſpoſitionem ſubjecti, 3. *q.* 89. 2. *c.*

1 Intentio naturæ eſt ad ſpeciem, non autem ad individuum, nec ad genus, 1. *q.* 85. 3. *ad* 1. fin. & *ad* 4. & *q.* 98. 1. *c.*

2 Intentio mentis proprie eſt actus voluntatis, ſecundum quod in ea eſt vis intellectus ordinantis, 12. *q.* 12. 1. *o.* & 22. *q.* 180. 1. *c.*

3 Intentio dicitur oculus, quia pręſupponit cognitionem intellectus, 12. *q.* 12. 1. *ad* 1.

4 Dicitur lumen, quia nota eſt intendenti, 12. *q.* 12. 1. *ad* 2.

5 Dicitur clamor ad Deum, quia Deus novit eam, vel quia dirigitur ad Deum, 12. *quæſt.* 12. 2. *ad* 1.

6 Idem eſt motus quo voluntas vult ea quę ſunt ad finem, & quæ intendit finem ut ratio eorum; non autem abſolute, 12. *q.* 8. 3. *o.* & *q.* 12. 4. *o.*

7 Intentio eſt tantum finis, non tamen ſemper ultimi finis, 12. *q.* 12. 2. *o.* & 22. *quæſt.* 180. 1. *c.*

8 Poteſt eſſe ſimul ad multa non ordinata ad invicem, 12. *q.* 12. 3. *o.*

9 Contingit quod intentio ſit bona, & voluntas mala; non autem é converſo, 12. *q.* 19. 7. *ad* 2. & *ad* 4. & 8. *ad* 3.

10 Actus eſt bonus vel malus, ſicut voluntas eligens eſt bona, vel mala, & * eſt malus ſi voluntas intendit mala. * Sed ad hoc quod voluntas ſit bona requiritur quod ſit boni, & ſub ratione boni, 12. *quæſt.* 19. 7. *c.* *ad* 3. & 8. 9. *o.*

11 Intentio dupliciter poteſt ſe habere ad actum qui dicitur voluntas, ſcilicet antecedenter ſeu cauſaliter, & concomitanter; primo

modo

modo bonitas voluntatis ex intentione finis dependet, non autem ſecundo modo, niſi reiteretur, 12. *q.* 19. 7. *o.* & 9. *c.*

12 Virtus primæ intentionis, quæ eſt reſpectu ultimi finis, manet in quolibet appetitu cujuſcumque rei, etiamſi de ultimo fine actus non cogitetur, ſicut non oportet, quod qui vadit per viam, in quolibet paſſu cogitet de via, 12. *q.* 1. 6. *ad* 3.

13 Quantitas intentionis, & voluntatis duplex, ſcil. ex parte objecti, & ex intenſione actus, ſecundo modo coæquantur in bonitate, & malitia formaliter, & non materialiter, non autem primo modo, propter diſproportionem, & propter impedimenta actus exterioris, 12. *q.* 19. 8. *o.*

14 * Nullum malum poteſt per ſe intendi, 1. *q.* 19. 9. *c.* & *q.* 48. 1. *ad* 2. & *ad* 4. & 12. *q.* 72. 1. *c.* & *q.* 78. 1. *ad* 2.

15 * Peccatum recipit ſpeciem ex intentione peccantis, 12. *q.* 72. 1. 8. *c.* & 3. *q.* 88. 4. *ad* 1.

16 Intentio ſecundum eſſe quod ſignificat veritatem propoſitionis, formaliter eſt in anima, ſed eſt in re fundamentaliter, 1. *quæſt.* 3. 4. 2.

1 * Nullum intentionale denominat ſuum ſubjectum, nec cauſa effectum naturalem, 1. *q.* 67. 3. *c.*

1 Interpretatio eſt in dubiis in quibus non licet abſque determinatione principis à verbis legis recedere, ſed in manifeſtis non opus eſt interpretatione, ſed executione, 22. *q.* 120. 1. *ad* 3.

2 Interpretatio in dando remedium, debet fieri in pejorem partem, ſupponendo, ſcil. cum debemus aliquibus malis adhibere remedium ſive noſtris, ſive alienis, expedit ad hoc ut ſecurius remedium apponatur, quod ſupponatur id quod eſt deterius; quia remedium quod eſt efficax contra majus malum, eſt multo magis efficax contra minus malum. Sed in diffiniendo ſive determinando, in rerum judicio, debet aliquis niti ad hoc, ut interpretetur unumquodque ſecundum quod eſt: in judicio autem perſonarum, ut interpretetur in melius, 22. *q.* 60. 4. *c.* *ad* 3.

3 Interpretatio ſermonum reducitur ad donum prophetiæ, & eſt dignior quam donum linguarum, 22. *q.* 176. 2. *ad* 4.

4 Poſtponitur autem interpretatio ſermonum dono linguarum, quia etiam ad interpretandum, diverſa linguarum genera interpretatio ſermonum ſe extendit, 22. *quæſt.* 176. 4. fin.

Intimiditas eſt peccatum, quia cauſatur ex defectu amoris, vel rationis vel ex ſuperbia, 22. *q.* 126. 1. *o.*

Intuitus præſens Dei, fertur ab æterno in totum tempus, & in omnia quæ ſunt in quocumque tempore, ſicut etiam in ſubjecta ſibi præſentialiter, 1. *q.* 14. 9. *c.* & 13. *c.* fin. & 22. *q.* 95. 1. *c.*

Inveſtiri dicitur canonicus per librum; Abbas per baculum; Epiſcopus per annulum, 3. *q.* 62. 1. *c.*

1 Invidia eſt triſtitia de bono alterius, inquantum æſtimatur diminuere gloriam propriam, 22. *q.* 36. 1. *o.* & 3. 4. *c.*

2 Præcipue eſt de bonis, in quibus eſt gloria, & honor, 22. *q.* 36. 1. *c.*

3 Invidia quælibet eſt peccatum, non autem omnis zelus, qui proprie eſt triſtitia de eo quod deeſt nobis, non aliis, 22. *q.* 36. 2. *o.* & *q.* 158. 1. *c.*

4 Secundum genus ſuum eſt peccatum mortale quæ in tantum convertit hominem ad quietem indebitam, inquantum aſpernatur bonum divinum; tamen primi motus ſunt peccata venialia, & ſunt etiam in viris perfectis, 22. *q.* 36. 3. *o.*

5 Eſt vitium capitale, cujus ſunt quinque filiæ, ſcil. odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in adverſis, & afflictio in proſperis, 22. *q.* 34. 6. *o.* & *q.* 36. 4. *o.*

6 Invidia ad proximum eſt mater odii, primo proximo ad proximum, & conſequenter ad Deum, 22. *q.* 34. 6. ad 2.

7 Non eſt inter multum inæquales, ſed ad illos tantum, quibus poteſt quis ſe æquare, vel præferre, 22. *q.* 36. 1. *ad* 2. & *ad* 3.

8 Amatores honoris, & puſillanimes, ſunt maxime invidi, 22. *q.* 36. 1. *ad* 3.

9 Senes invident junioribus, & qui multa expendunt ad conſequendum aliquid, iis, qui parum expendunt, 22. *q.* 36. 1. *ad* 4.

10 Ut plurimum naſcitur ex ſuperbia, 22. *q.* 36. 4. *ad* 1.

11 Memoria bonorum ut ſunt habita, cauſat delectationem, ut amiſſa triſtitiam, ut habita ab aliis invidiam, 22. *q.* 36. 1. *ad* 3.

12 Contrariatur duabus virtutibus, quia habet duo objecta, ſcilicet principale, ideſt bonum, & proximum; primo contrariatur miſericordiæ, ſecundo nemeſi, 22. *q.* 36. 3. *ad* 3.

1 Facta per metum ſunt voluntaria ſimpliciter, & involuntaria ſecundum quid, 12. *q.* 6. 6. *o.* & 7. *ad* 1. & *ad* 2. & *q.* 39. 1. *c.* & *q.* 73. 6. *c.* & *q.* 87. 8. *c.* fin. & 22. *q.* 108. 4. *ad* 4. & *q.* 125. 4. *c.* & *q.* 142. 3. *c.*

2 Concupiſcentia nullo modo cauſat involuntarium, 12. *q.* 6. 7. *o.* & 22. *q.* 142. 3. *c.*

3 Violentia cauſat involuntarium in cognoſcentibus, in aliis autem cauſat innaturale, quia opponitur directe voluntario, & naturali, 12. *q.* 6. 4. *c.* & 5. *o.* & 6. *ad* 1. *q.* 73. 6. *c.* & 22. *q.* 88. 6. *ad* 1.

Jucunditas dicitur à ſpiritualibus ſignis, vel effectibus lætitiæ, cum intentione gaudii; ſcil. in dictis, vel factis, 12. *q.* 31. 3. *ad* 3.

1 Joannes

1 Joannes Baptiſta fuit terminus veteris legis, & initium novæ legis, ſc. evangelii, 3. *q.* 38. 1. *ad* 2.

2. Pertinet ad teſtamentum novum, 22. *q.* 174. 4, *ad* 3. & 3. *q.* 38. 1. *ad* 1. & *ad* 2.

3 Exultatio ejus in utero matris non fuit ab eo per liberum arbitrium ejus, ſed fuit á Deo; ideo miraculoſa fuit, 22. *q.* 124. 1. *ad* 1. & 3. *q.* 27. 6. *c.*

4 Tota vita ejus fuit præparatoria ad Chriſtum, 3. *q.* 38. 2. *ad* 2. & 3. *c.*

5 Chriſtus revocavit à nuptiis Joannem Evangeliſtam, volentem nubere; ſed Petrum non ſeparavit à matrimonio, quia primum poteſt fieri ſine injuria alterius, non autem ſecundum, 22. *q.* 26. 4. *ad* 1.

Joannes Evangeliſta prædiligebatur à Chriſto, propter ſuam integritatem, & propter prærogativam evangelicæ doctrinæ, 3. *q.* 45. 3. *ad* 1.

2 Et propter virginitatem, & prærogativam evangelii, 3. *q.* 45. 3. *ad* 4.

3 Joannes prædiligebatur à Chriſto propter quatuor, ſc. propter ſapientiam, puritatem, fervorem, & teneram ætatem, 1. *q.* 20. 4. *ad* 3.

1 Joannes Damaſcenus ſequitur errorem Theodorici & Neſtorii, quod Spiritus Sanctus non procedit à filio, quia fuit tempore, quo incepit illud ſchiſma Græcorum, 1. *q.* 36. 2. *ad* 3.

Joſaphat peccavit non ex malitia, ſed ex infirmitate humanæ affectionis, 22. *q.* 186. 10. *ad* 2.

1 Joſeph vir Mariæ ſemper fuit virgo, 3. *q.* 28. 3. *ad* 5. & 4. *c.* *ad* 3.

2 Joſeph voluit dimittere Mariam propter reverentiam, timens cohabitare tantæ ſanctitati, 3. *q.* 28. 3. *ad* 2.

1 Ira dicitur dupliciter, ſcilicet habitus, vel actus vitii oppoſiti manſuetudini, ſecundo voluntas vindictæ, tertio paſſio, 22. *q.* 158. 8. *c.*

2 Duplex, ſc. per zelum, ideſt ſecundum rationem, & ira per vitium; ideſt contra rationem, 22. *q.* 158. 1. 2. *o.* & 3. *q.* 15. 9. *c.*

3 Eſt inordinata dupliciter, ſc. ratione appetibilis, & ratione modi, 22. *q.* 158. 2. 3. 4. *c.*

4 Gradus iræ triplex, ſc. in corde, ore, & opere, 12. *q.* 46. 8. *ad* 3. & 22. *q.* 158. 5. *ad* 3. & 7. *c.*

5 Eſt paſſio quodammodo, compoſita ex paſſionibus contrariis, 12. *q.* 46. 2. *c.* *fin.*

6 Continet multas paſſiones, non ſicut genus continet ſpecies, nec ſicut cauſa effectus, ſed ſicut effectus ſuas cauſas, 12. *q.* 46. 1. *c.* *ad* 3.

7 Secundum rationem rectam eſt paſſio laudabilis; quæ autem eſt contra rationem in plus vel minus eſt peccatum, 22. *q.* 158. 1. 2. 8. *o.* & 3. *q.* 15. 9. *o.*

8 Habitus virtutis tenens medium in ira eſt innominatus; ideo dicitur manſuetudo, quæ ſignificat diminutionem iræ, 22. *q.* 147. 2. *ad* 2.

9 Ira ſemper eſt aliquo modo cum ratione, 12. *q.* 46. 4. 5. *o.* & 22. *q.* 53. 6. *ad* 1.

10 Aliqualiter audit rationem, ſicut nunciantem quod injuriatum eſt, non autem perfecte quia non obſervat regulas ejus in vindicando, 12. *q.* 46. 4. *ad* 3. & 5. *ad* 1. & 6. *c.* & 22. *q.* 53. 6. *ad* 1. & *q.* 72. 4. *ad* 2.

11 Componitur ex triſtitia & deſiderio, non ſicut ex partibus, ſed ſicut ex cauſis, 12. *q.* 46. 3. *ad* 3. & 3. *q.* 15. 9. *c.*

12 Materiale in ira eſt accenſio ſanguinis circa cor, vel aliquid hujuſmodi; formale vero eſt ex parte appetitus vindictæ, 1. *q.* 21. *ad* 2. & 12. *q.* 47. 3. *ad* 3. & *q.* 48. 2. *c.* & 3. *c.* *ad* 1.

13 Quoad ſuum formale, habet principium à ratione, ſed quoad ſuum materiale impedit, judicium rationis, 12. *q.* 48. 3. *ad* 1. & *ad* 3. & 4. *c.*

14 Eſt janua omnium vitiorum per accidens, ſc. impediendo rationem; ſed per ſe, reſpectu aliquorum vitiorum, 22. *q.* 158. 6. *ad* 3.

15 Ira contra rationem ex parte objecti ſemper eſt peccatum mortale, niſi deſit conſenſus, vel niſi de re parva, non autem ratione modi, niſi ſit contra charitatem, 12. *q.* 88. 5. *ad* 1. & 22. *q.* 158. 3. *o.*

16 Eſt vitium capitale, non autem odium, 22. *q.* 34. 5. *o.* & *q.* 158. 6. *o.*

17 Species iræ ſunt tres, ſc. fel, ideſt acuta, mania, ideſt manens, & furor, 12. *q.* 46. 8. *o.* & 22. *q.* 158. 5. *o.*

18 Filiæ iræ ſunt ſex, ſcil. rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blaſphemia, 22. *q.* 37. 2. *ad* 1. & *q.* 41. 2. *o.* & *q.* 158. 7. *o.*

19 Eſt ſubjective in iraſcibili, 12. *q.* 46. 3. *o.* & 22. *q.* 162. 3. *c.*

20 Defectus iræ in voluntate, vel in appetitu ſenſitivo contra rationem, ſemper eſt peccatum, 22. *q.* 158. 8. *c.*

21 Bruta habent iram, ex inſtinctu naturali, non autem ex ratione eorum, 12. *q.* 46. 4. *ad* 2. & 7. *ad* 1.

22 Multum ebrii non iraſcuntur, quia nihil habent de judicio rationis: ſed parum ebrii multum iraſcuntur, quia habent judicium rationis, ſed impeditum, 12. *q.* 46. 4. *ad* 3.

23 Ira per zelum non impediens, nec præveniens judicium rationis, fuit in Chriſto, non autem ira per vitium, 3. *q.* 15. 9. *o.*

24 Ut dicit actum voluntatis ad vindictam, eſt in Deo, non autem ut paſſio, 1. *q.* 3. 2. *ad* 2. & *q.* 19. 11. *c.* & *q.* 20. 2. *ad* 2. & *q.* 59. 4. *ad* 1. & 12. *q.* 47. 1. *ad* 1. & 22. *q.* 162. 3. *c.*

25 Cauſatur ex re inconvenienti, præſenti, vel præterita, vel ex apprehenſione inconvenientis habiti, ideo cauſatur ex dolore & triſtitia, 12. *q.* 23. 3. 4. *c.* & *q.* 25. 1. 3. *c.* & *q.* 48. 4. 2. *c.*

Omnis

26 Omnis ira eſt propter aliquid contra ſe factum, 12. q. 47. 1. o.

27 Ira magis ſequitur complexionem corporis quam concupiſcentia propter velocitatem choleræ ad iram, ideo promptius inſurgit ira quam concupiſcentia, 22. q. 156. 4. c.

28 Ira cauſatur ex accidenti extrinſeco, ſc. ex læſione, ſed concupiſcentia delectabilium cauſatur ex cauſa naturali, ideo concupiſcentia diuturnior eſt & communior, & requirens principaliorem virtutem, licet ira majorem impetum habeat, 22. q. 141. 7. ad 2.

29 Cauſa iræ duplex, ſc. ratione motivi, ut excellentia, vel ratione diſpoſitionis, ut defectus, ſicut ægritudo, 12. q. 47. 3. o.

30 Ira cauſatur ex invidia, & conſequitur etiam audaciam, & eſt effectus ejus, 12. q. 25. 3. c. & 4. ad 2. & ad 3.

31 Triſtitia illata cauſat iram, 12. q. 46. 1. c. & q. 47. 3. o. & q. 48. 1. o. & 2. c. & 3. q. 15. 9. c.

32 Sola parvipenſio cauſat iram, & omne provocans iram eſt aliquid ſub ratione injuſti, 22. q. 47. 2. o. & 3. 4. c.

33 Tacens provocat ad iram contumeliantem, quia videtur cum parvipendere, 12. q. 47. 1. ad 4. & q. 72. 3. ad 3.

34 Oblivio, exultatio in adverſis, denunciatio triſtium impediens voluntatem, & quælibet alia cauſant iram, ratione parvipenſionis tantum, 12. q. 47. 2. ad 3.

35 Ludus, riſus, feſtum, proſperitas, conſummatio operum, delectatio non turpis, & ſpes cauſant iram, ratione parvipenſionis, ſed impediunt eam, inquantum impediunt triſtitiam, 12. q. 47. 3. ad 3.

36 Defectus injuriantis duplex, ſc. augens indignam parvipenſionem, ut ignobilitas, inſipientia & ſervitus,& defectus diminuens eam, ut pœnitentia, confeſsio mali, humiliatio, poſtulatio veniæ, & hujuſmodi; primi augent iram, ſecundi vero diminuunt eam, 22. q. 47. 4. o.

37 Ira debilitatur ex diuturnitate, ſicut & cauſa ejus, ſc. memoria injuriæ, quæ etiam videtur minor, quando eſt tantum in memoria, 12. q. 48. 2. ad 2.

38 Ira non eſt ad perſonam multum excellentem, quæ læſit, ſed tantum triſtitia, quia ira præſupponit triſtitiam, deſiderium, ſpem, & audaciam puniendi, 12. q. 25. 3. c. fin. & q. 45. 4. ad 3. & q. 46. 1. c.

39 Nullus proprie iraſcitur ſibi, ſed metaphorice, ſicut nec juſtum, nec injuſtum ſibi facit niſi metaphorice, 12. q. 46. 7. ad 2.

40 Ira eſt magis ad amicos injuriantes, quam ad alios, quia indignior videtur eorum deſpectio, 12. q. 47. 4. ad 3.

41 Eſt tantum ad eos, ad quos eſt juſtitia & injuſtitia, 12. q. 46. 7. o.

42 Homo iraſcitur inanimatis, & brutis ex imaginatione nunciante læſionem, non autem ex ratione, 12. q. 46. 7. ad 1.

43 Ceſſat ad graviter læſos; quia malum eorum ſufficit, 12. q. 46. 6. ad 1. & q. 47. 4. ad 2.

44 Ceſſat ad mortuos, quia non poſſunt dolere, quod tamen appetit iratus, & vindicta jam facta videtur, 12. q. 46. 7. ad 1. & q. 47. 4. ad 2.

45 Maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut etiam ad exteriora membra derivetur, 12. q. 48. 3. c. & 22. q. 46. 3. ad 3.

46 Signa & effectus iræ ſunt quinque, ſcilicet palpitatio cordis, tremor corporis, inflatio faciei, exaſperatio oculorum, & clamor irrationabilis, 12. q. 48. 2. 4. c. & 22. q. 158. 4. c. fin.

47 Cauſat fervorem ſanguinis, quia fit inſequendo quod convenit calori, non autem retrahendo, quod convenit frigori, 12. q. 48. 2. o.

48 Fervor amoris eſt dulcis & lenis, irę vero fervor eſt amarus, & ex felle: ideo primus aſsimilatur calori aeris & ſanguinis, ſecundus autem aſsimilatur igni & choleræ, 12. q. 46. 5. c. & q. 48. 2. ad 1.

49 Ex ira audacia augetur, quia ira eſt quid auſivum, ſecundum Philoſophum, unde irati redduntur prompti & audaces ad invadendum; & ſimiliter delectatio eſt effectus iræ, ut eſt in ſpe vindictæ, ſed delectatio de vindicta præſenti aufert totaliter iram, 12. q. 44. 1. ad 1. & q. 45. 4. ad 3. fin. & q. 48. 1. o.

50 Inter cæteras paſsiones, magis impedit uſum, & judicium rationis, 12. q. 48. 3. o. & 4. c. & 22. q. 41. 2. ad 3. & q. 157. 4. c.

51 Dupliciter cauſat taciturnitatem, ſcilicet ex parte rationis, ex parte perturbationis ejus, 12. q. 48. 4. o.

52 Diminuitur per ſequentem iram, pręcipue ſi ſequens ira ſit major, 12. q. 48. 2. ad 3.

53 Ira & invidia cauſant inconſtantiam, pertrahendo rationem ad aliud: ſed luxuria, totaliter extinguendo lumen rationis, 12. q. 77. 7. c. & 22. q. 53. 6. ad 1.

54 Eſt levior quam invidia, ratione appetibilis; & hæc quam odium, ſed è converſo, ratione modi, 12. q. 46. 6. o. & 22. q. 158. 4. o.

55 Semper reſpicit duo objecta, ſcilicet vindictam, & nocentem, ſed amor & odium unum objectum tantum quandoque, 12. q. 46. 2. 3. c.

56 * Utrumque objectum amoris eſt bonum, odii autem malum, ſed ira reſpicit vindictam ſub ratione boni, & nocentem ſecundum rationem mali, 12. q. 46. 2. 3. 6. c.

57 Odium appetit malum alicujus, ſub ratione mali, ſed invidia ſub ratione proprię gloriæ; ira vero ſub ratione juſtæ vindictæ, 22. q. 46. 6. o. & 7. c. & q. 47. 11. 2. c. & 22. q. 34. 6. ad 3. & q. 43. 2. c. & q. 158. 4. o.

Odium

58 Odium appetit nocere, propter contrariam diſpoſitionem infinite, non tamen ut ſciatur, ira vero propter læſionem tantum cum menſura, & ut ſciatur, 12. q. 46. 6. o. & 22. q. 41. 2. c. ad 4. & q. 72. 4. ad 3. & q. 73. 3. ad 3.

59 Odium prius & directius cauſatur ex triſtia & acedia, quam ex ira, 22. q. 34. 6. ad 3. & q. 159. 7. ad 1.

60 Ira creſcit in odium, non eadem numero per inveterationem, ſed quia cauſat odium per diuturnitatem, 12. q. 46. 3. ad 2. & 22. q. 34. 6. ad 3.

61 Ira eſt ad ſingulare, odium autem ad univerſale, 1. q. 80. 2. ad 2. & 12. q. 29. 6. o. & q. 46. 7. ad 3.

62 Odium eſt inſanabilius, & permanentius quam ira, quia cauſatur ex permanentiori cauſa ſcilic. ex diſpoſitione qua reputatur aliud contrarium & nocivum, ſed ira cauſatur ex paſsione & commotione animi propter læſionem illatam, 12. q. 46. 6. ad 3. & 7. ad 3.

63 Odium magis agit ſine miſericordia, quam ira, quantum ad rem deſideratam; ſed è converſo quantum ad intenſionem deſiderii, 12. q. 46. 6. ad 1.

64 Ira reſpicit bonum juſtitiæ; concupiſcentia vero bonum delectabile, vel utile, 22. q. 158. 4. c.

65 Ira operatur cum triſtitia, concupiſcentia vero delectabiliter, ſed ira eſt minus pœnitibilis, quia plus habet de ratione, 22. q. 156. 4 c.

66 Ira eſt cum ratione denunciante injuriam, non autem præcipiente vindictam, ſed concupiſcentia naturaliter, 12. q. 46. 4. o. & 22. q. 156. 4. c. ad 2.

67 Difficilius eſt reſiſtere iræ, & pugnare contra iram ad horam propter impetum ejus, quam contra delectationem & concupiſcentiam, ſed è converſo, propter majorem continuitatem, 22. q. 156. 4. ad 1. & q. 162. 6. ad 1.

68 Ira cauſatur ex contrariis paſsionibus, ſcilicet ſpe & triſtitia, ideo includit in ſe contrarietatem, 12. q. 46. 1. ad 2.

69 Nulla paſsio eſt contraria iræ, 12. q. 23. 3. o. & 4. c. fin. item q. 46. 1. ad 2.

70 Iræ contrariatur aliquod vitium, ſc. inordinata remiſsio iræ, ſed non apparet, quia eſt innominata, 22. q. 168. 8. o.

71 Miteſcere eſt privative vel negative oppoſitum iræ, non autem contrarie, 12. q. 23. 3. fin.

72 Non opponitur manſuetudini, niſi ſecundum quod eſt inordinata, 12. q 157. 1. ad 3. & 3. q. 159. ad 2.

73 Manſuetudo magis opponitur iræ, quam defectui ejus; ideo vitium oppoſitum manſuetudini nominatur ira, ad quam refrenandam principaliter manſuetudo ordinatur, 22. q 157. 2. ad 2.

1 Iracundia eſt exceſſus iræ; ideo eſt vitium oppoſitum manſuetudini, 22. q. 157. 1. ad 3.

2 Iracundus non eſt, cui ineſt paſsio iræ, ſed qui paſsibilis eſt de facili ab ea, 1. q. 63. 4. ad 2.

1 Iraſcibilis dupliciter ſumitur, ſc. proprie, ideſt appetitus ſenſitivus, & improprie, ideſt, voluntas, 1. q. 82. 5. ad 2. & 22. q. 162. 3. c. ad 3.

2 Iraſcibilis potius denominatur ab ira, quam ab aliis paſsionibus; quia eſt notior, ſcilicet quia eſt effectus & terminus earum, 22. q. 25. 3. ad 1. & q. 46. 1. ad 1.

3 Actus iraſcibilis intantum eſt naturalis homini, inquantum eſt ſecundum rationem, ſed inquantum eſt præter ordinem rationis, eſt contra naturam hominis, 22. q. 158. 2. ad 4.

Iris quandoque ſignificat ſerenitatem, inquantum cauſa ejus eſt cauſa ſerenitatis, 22. q. 95. 5. c.

Ironia eſt vitium, quo quis aſſerit minora de ſe, quam credit; ideo ſemper eſt peccatum, tamen levius ut plurimum quam jactantia, 22. q. 110. 2. c. & q. 113. o.

2 Ironia & jactantia circa idem, ſcilicet circa conditionem perſonę, mentiuntur verbis, vel quibuſcumque ſignis, 22. q. 113. 2. c.

Irregularitas non incurritur propter peccatum tantum, ſed principaliter propter ineptitudinem perſonæ ad euchariſtiam miniſtrandam, 12. q. 20. 5. ad 4. & 22. q. 64. 7. ad 3. & q. 108. 4. ad 2.

Irreligioſitas habet manifeſtam contrarietatem ad religionem, per contemptum & irreverentiam Dei, vel rei ſacræ, 22. q. 92. 97. princ. & q. 122. 3. c.

2 Opponitur veræ religioni per defectum, ſicut ſuperſtitio per exceſſum, & prohibetur ſecundo præcepto decalogi, 22. q. 122. 3. 4. c.

3 Species irreligioſitatis ſunt quatuor, ſc. tentatio Dei, perjurium, ſacrilegium, & ſimonia, 22. q. 97. 9. princ. & q. 154. 10. ad 1.

4 Superſtitio impedit religionem ne ſuſcipiatur Deus, ſed irreligioſitas, ne ſuſceptus honoretur, 22. q. 122. 3. 4. c.

Iſaac ſignificavit Chriſtum, inquantum oblatus eſt in ſacrificium; ideo non oportet quod ſignificet eum ut offerens, licet obtulerit, ſicut & alii juſti ſecundum congruitatem ſui temporis, ſecundum Gregorium, 22. q. 85. 1. ad 2.

1 Chriſtus ſperavit in Juda, ideſt confidebat quadrupliciter, ſcilicet ſecundum apparentiam, effectum, debitum, & in membris Chriſti, 22. q. 17. 4. o. & 5. c. & q. 25. 1. ad 3.

Ju-

Judas Apoſtolus nomen Archangeli ponit in canonica epiſtola, 1. *q.* 108. 5. *b.*

1 Judæorum terras Eccleſia permittit Chriſtianos colere; quia per hoc non habent neceſſe converſari cum eis, & tamen ſi ex tali communicatione vel convictu ſubverſio fidelium timeretur, eſſet penitus interdicendum, 22. *q.* 10. 10. *ad* 3.

2 Totus cultus Judæorum erat propheticus, & figurativus, 12. *q.* 100. 12. *c.* & *q.* 104. 2. *ad* 2. & *q.* 114. 10. *ad* 2. & 22. *q.* 87. 1. *c.* & *q.* 96. 3. *ad* 3. & 3. *q.* 66. 2. *ad* 2.

3 Tribus ſacerdotalis & regia Judęorum erant præclariores, ideo ſæpe conjunctæ ſunt per matrimonium, 3. *q.* 31. 2. *ad* 2.

4 Judæi excuſantur á furto Ægyptiaco, & hoc non eſt niſi quia præcepto ſuperioris domini, res non ſuæ factæ ſunt ſuæ, 12. *q.* 94. 5. *ad* 2. & *q.* 100. 8. *ad* 3. & 22. *q.* 66. 5. *ad* 1. & *q.* 104. 4. *ad* 2.

5. Judæis permiſſum eſt, accipere uſuras ab extrancis tantum quorum bona debebantur Judæis, vel propter avaritiam, ne acciperent eas á fratribus, 12. *q.* 105. 3. *ad* 3. & 22. *q.* 78. 1. *ad* 2.

6 Communis ſtatus Judæorum ſemper erat in proſperitate, quamdiu ſervabant legem, & cum peccabant, erant in tribulationibus, 12. *q.* 99. 6. *ad* 3.

7 Deus exaltavit Judæos tempore gratiæ quintupliciter, ſc. ſecundum carnis aſſumptionem; per perſonalem prædicationem, per ſuam converſationem, per miraculorum operationem, & per diſcipulorum prædicationem, 22. *q.* 10. 8. *c.* & *q.* 14. 1. *c.*

8 Principes Judæorum cognoverunt Chriſtum eſſe Meſsiam, qui promiſſus eſt in lege: non autem cognoverunt divinitatem ejus, niſi per conjecturas, quod etiam obſcurabatur per invidiam, & cupiditatem gloriæ propriæ, 3. *q.* 47. 5. *o.* & 6. *c.*

9 Judæi non intelligunt præcepta decalogi, 12. *q.* 102. 6. *ad* 7. & *q.* 107. 2. *c. ad* 2. & *ad* 4. & 3. *ad* 2. & *q.* 108. 2. *ad* 4. & 3. *ad* 1. & *ad* 2. & *ad* 4.

10 Secta Judæorum duplex, ſc. Phariſæorum, & Saducæorum negantium reſurrectionem, & angelos, 1. *q.* 50. 1. *c.*

11 Judæi proni ſunt ad idololatriam, 12. *q.* 100. 6. *ad* 4. & 22. *q.* 10. 9, *ad* 1.

12 Sunt crudeles, & ad avaritiam proni, 12. *q.* 105. 2. *ad* 2.

13 Dixerunt primo quidem blaſphemiam in filium hominis, cum dicebant voracem, potatorem vini, & publicanorum amatorem; poſtmodum autem blaſphemaverunt in Spiritum Sanctum, dum opera quæ ipſe operabatur virtute propriæ divinitatis, & per operationem Spiritus Sancti, attribuebant principi dæmoniorum, 22. *q.* 14. 1. *c.*

14 Cum ipſi Judæi ſint ſervi eccleſiæ, poteſt eccleſia diſponere de rebus eorum, ſicut etiam principes ſæculares multas leges ediderunt circa ſuos ſubditus, in favorem libertatis, 22. *q.* 10. 10. *c.*

15 Judæi propter culpam ſuam ſunt ſervi in perpetuum; ideo domini poſſent tollere res eorum, ſervato eis victu, niſi leges hoc prohiberent, 22. *q.* 10. 10. *c.* & 11. *c.* & 12. *ad* 3. & 3. *q.* 68. 10. *ad* 2.

16 Sunt compellendi à fidelibus, ſi adſit facultas, ut fidem non impediant, vel blaſphemiis, vel malis perſuaſionibus, vel etiam apertis perſecutionibus, 22. *q.* 10. 8. *c.* & 9. *ad* 2. & *q.* 14. 1. *c.*

1 Judex juſte infligendo pœnas, non peccat, 22. *q.* 64. 2. 3. *o.* item *q.* 108. 1. 3. *o.*

2 Nullas probationes admittere debet contra leges divinas vel humanas, 22. *q.* 67. 2. *c.*

3 Perpendens accuſatorem falſo accuſaſſe, non quidem malitioſe, ſed temere, ideſt ex levitate credendi, vel ex juſto errore, non imponat ei pœnam talionis, 22. *q.* 68. 3. *ad* 1. & 4. *ad* 1.

4 Neminem debet condemnare, niſi accuſatum, 22. *q.* 67. 3. *o.*

5 Debet eſſe facilior ad abſolvendum, quam ad condemandum, niſi in cauſis favorabilibus, ut libertatis, 22. *q.* 70. 2. *ad* 2.

6 Bonus judex eſt diminutivus pœnarum, quæ ſuo arbitrio relinquuntur, non autem pœnarum quæ determinantur à lege divina, vel humana, 22. *q.* 67. 4. *ad* 1.

7 Nullus judex poteſt remittere pœnam pro alterius injuria; niſi lęſus velit, nec pœnam pro injuria communitatis, niſi ſupremus judex, ſi expediat, 22. *q.* 67. 4. *o.* & 3. *q.* 46. 2. *ad* 3.

8 Nullus eſt judex ſui, ſed poteſt ſe committere judicio aliorum, 22. *q.* 64. 5. *ad* 2.

9 Naturalis tamen inclinatio ineſt judici, & cuilibet homini, ad repellendum nociva dupliciter, ſcilicet vel defendendo ſe, ne inferantur injuriæ, vel ulciſcendo illatas, non tamen intentione nocendi, ſed intentione removendi nocumentum, 22. *q.* 108. 2. *c.*

1 Judicium ſecundum primam impoſitionem ſignificat rectam determinationem juſtorum, ſed poſt ampliatum eſt nomen ejus ad ſignificandum omnem rectam determinationem, ſpeculativam vel practicam, 12. *q.* 93. 2. *ad* 3. & 22. *q.* 60. 1. *ad* 1.

2 Eſt actus judicis inquantum judex, ideſt inquantum eſt jus dicens; ideo eſt actus juſtitiæ, ideſt, executio juſtitiæ, 22. *q.* 60. 1. *o.* item *q.* 63. 4. *c.*

3 Quoad rem judicatam ſe habet communiter ad commutativam, & diſtributivam juſtitiam; ſed quoad formam judicii, inquantum etiam in commutativa judex accipit ab uno & dat alteri, pertinet ad diſtributivam tantum, 22. *q.* 63. 4. *ad* 1.

4 Ordinare, & judicare ſunt actus ſapientiæ, 1. *q.* 1. 6. *c.*

5 In omni judicio ultima ſententia pertinet ad ſupremum judicatorium, 12. *q.* 74. 7. *c.*

6 Ad omne judicium requiruntur duo, ſcilicet virtus proferens, & diſpoſitio ejus; ratione primi eſt actus rationis, prudentiæ, & ſyneſis, ſed ratione ſecundi, eſt actus juſtitiæ, 22. *q.* 60. 1. *ad* 1.

7 Unumquodque judicatur magis ſecundum formale in eo & per ſe, quam ſecundum materiale, & per accidens, 22. *q.* 110. 1. *ad* 1. & *q.* 117. 6. *c.* item *q.* 118. 5. *c.* fin.

8 Quidam ſunt bene inquirentes, propter bonam imaginativam, qui non ſunt bene judicantes, propter indiſpoſitionem ſenſus communis, 22. *q.* 51. 2. 3. *c.*

9 Judicium de re non poteſt haberi perfectum, niſi per reſolutionem ad principium, 12. *q.* 112. 5. *c.* & 22. *q.* 173. 3. *o.*

10 Judicium certum de re maxime datur ex ſua cauſa, ſecundum ordinem cauſarum, quia per primam judicatur de ſecunda, non autem è converſo, 22. *q.* 9. 2. *c.*

11 Rectitudo judicii contingit dupliciter, ſcilicet per uſum rationis, & per connaturalitatem, tam in moralibus per ſcientiam moralem, & per habitus morales, quam in divinis per donum ſapientię, & per charitatem, 22. *q.* 45. 2. *c.* & *q.* 51. 3. *ad* 1.

12 Rectum judicium conſiſtit in apprehenſione rei, ut in ſe eſt, ex recta diſpoſitione potentiæ cognitivæ, & appetitivæ, 22. *q.* 51. 3. *ad* 1.

13 Charitas inclinat ad rectum judicium de omni re, per regulas divinas, ex quibus profertur per donum ſapientiæ, ſed juſtitia inclinat per prudentiam, ſecundum regulas juris, 22. *q.* 60. 1. *ad* 2.

14 Ad juſtum judicium requiruntur tria, ſcilicet juſtitia, auctoritas, & prudentia; ſi primum deſit, eſt judicium perverſum; ſi ſecundum, eſt judicium uſurpatum; ſi tertium, eſt judicium ſuſpicioſum vel temerarium, 22. *q.* 60. 2. 3. 6. & *q.* 67. 1. *o.* & 3. *q.* 59. 1. *c.*

15 Judex debet ſemper judicare ſecundum leges ſcriptas, 22. *q.* 60. 5. *o.* item 6. *c.*

16 Debet judicare ſecundum allegata & probata etiam contra veritatem quam novit, ut perſona privata, 22. *q.* 64. 6. *ad* 3. item *q.* 67. 2. *o.*

17 Judicium humanum debet imitari judicium divinum, in judiciis Dei manifeſtis, non autem in occultis, quia eorum rationes non poteſt homo comprehendere, 22. *q.* 10. 11. *c.* & *q.* 108. 4. *ad* 2.

18 * Exiſtens in peccato mortali etiam occulto, ex officio corrigens, vel judicans alios peccat, non autem hoc agens ut frater, niſi propter ſcandalum, 22. *q.* 33. 5. *o.*

19 * Judicat legem, dicens eam non eſſe bene poſitam, non autem dicens eam in aliquo caſu non eſſe ſervandam, ſed de illo caſu particulari, 22. *q.* 120. 1. *ad* 2.

20 Homo in judicio debet pauperi ſubvenire, quantum poteſt, ſine lęſione juſtitiæ, 22. *q.* 63. 4. *ad* 2.

21 Nullus poteſt judicare niſi ſubditum, ordinarie, vel ex commiſsione ſuperioris, vel propria ſponte, vel delinquentem in re non exempta, 22. *q.* 60. 2. *c.* & *q.* 67. 1. *o.*

22 Judicium per compromiſſum in arbitros, neceſſe eſt aliqua pœna vallari, 22. *q.* 67. 2. *ad* 2.

23 Judicium Eccleſiæ debet eſſe conforme judicio Dei, & non aſtringi legibus humanis, 22. *q.* 10. 11. *c.* & *q.* 108. 4. *ad* 2.

24 Poteſtas ſęcularis ſubditur poteſtati ſpirituali; ideo judicium non eſt uſurpatum, ſi prælatus ſpiritualis judicat de temporalibus, quantum ad permiſſa; vel inquantum ei ſubduntur, 22. *q.* 60. 6. *ad* 3.

25 Judiciaria poteſtas convenit toti Trinitati, ſed appropriatur Patri ratione auctoritatis, Filio quoad rationem judicii, & Spiritui Sancto quoad effectum judicandi, quem homines habent, 3. *q.* 58. 1. *o.*

26 Auctoritas principalis judicandi convenit ſoli Deo; ſed committitur hominibus, & maxime Chriſto, ſecundum naturam humanam, 3. *q.* 58. *o.* & *q.* 59. 2. *o.*

27 In judicio Dei idem poteſt eſſe accuſator ſimul & teſtis, non autem in judicio humano, 22. *q.* 67. 1. *ad* 1. & 3. *ad* 3. & *q.* 89. 1. *ad* 3.

28 Deus in judicio ſuo utitur conſcientia peccantis, & evidentia facti quoad ipſum, pro accuſatore, 22. *q.* 67. 3. *ad* 1.

29 Chriſtus hic vivens noluit adminiſtrare temporaliter regnum terrenum, nec judiciariam exercere poteſtatem ſuper res temporales, 3. *q.* 59. 4. *ad* 1.

30 Propria voluntate ſubdidit ſe Pilati judicio, ſicut etiam alii poſſunt ſe ſubjicere, etiam non ſuperioribus, 22. *q.* 67. 1. *ad* 2.

31 Judiciaria poteſtas convenit Chriſto, propter divinam perſonam, dignitatem capitis, gratiæ habitualis plenitudinem, & propter meritum ejus, 3. *q.* 59. 3. *o.*

32 Chriſtus habet poteſtatem judiciariam ſuper omnes creaturas; quia anima ejus eſt ſuper omnes creaturas, 3. *q.* 59. 1. *ad* 3.

33 Secundum naturam humanam habet poteſtatem judiciariam ſuper omnes angelos, quoad diſpenſationes, & præmium accidentale, ſed quoad præmium eſſentiale, ſecundum naturam divinam tantum, 3. *q.* 59. 6. *o.*

34 Judiciaria poteſtas quoad omnes res humanas, convenit Chriſto ſecundum utramque naturam, 3. q.59. 4. o.

35 Angeli trahuntur ad judicium pro cuſtoditis qui damnantur, non quidem ut rei, ſed ut teſtes, 1. q. 113. 7. ad 4.

36 Omnes homines judicabuntur, quoad receptionem præmii, vel punitionis, ſed perfecti, & infideles non judicabuntur judicio diſcuſsionis, 3. q. 56. 2. ad 4.

37 Neceſſe eſt eſſe generale judicium in fine mundi, præter judicium particulare quod fit in morte, 3. q. 59. 5. o.

38 Dies judicii quæ erit tempore ſecundi adventus Chriſti, quod æſtati comparatur, quando ſol maxime exaltatur, eſt nota ſoli Deo, 3. q. 46. 9. 3. ad 3.

39 Univerſale judicium futurum eſt, s. q. 88. 1. c.

40 Ultimum judicium futurum eſt mentaliter, s. q. 88. 2. c.

41 Conveniens eſt ut cognitio finis mundi ſoli Deo reſervetur, s. q. 88. 3. o.

42 Probabile eſt Chriſtum deſcenſurum ad judicandum circa montem Oliveti, s. q. 88. 4. o.

43 Judicabunt perfecti viri cum Chriſto, s. q. 89. 1. c.

44 Non cuilibet pauperi datur judiciaria poteſtas, ſed ei qui omnibus relictis, Chriſtum ſecutus fuerit, juxta perfectionem vitę, s. q. 89. 1. c.

45 Non competit angelis judicare, s. q. 9. 3. o.

46 Probabile eſt quod dæmones damnatos torquebunt, s. q.89. 4. o.

47 Omnes in judicio comparebunt, s. q. 89. 5. o.

48 Beati omnes quantum ad præmiorum retributionem judicabuntur, quantum vero ad meritorum diſcuſsionem, qui notabilem alicujus mali meriti admixtionem habent, non judicabuntur; at illi qui negotiis terrenis ſunt impliciti, ita tamen ut ſua peccata per eleemoſynas expiarint, judicabuntur, s. q. 89. 6. c.

49 Infideles condemnabuntur, cum in eis nullum ſit fidei fundamentum, s. q. 89. 7. c.

50 Angeli non judicabuntur judicio diſcuſſionis, ſed bene retributionis, s. q. 89. 8. o.

51 Congruum eſt, ut Chriſtus ſecundum humanam naturam ſit mundum judicaturus, s. q.90. 1. c.

52 Ut in ultimo judicio in gloria ſua appareat, s. q.90. 2. o.

53 Cum Deus ſit eſſentialiter ipſa bonitas, non poteſt ſine gaudio videri, s. q.90. 3. c.

54 Conveniens eſt ſicut homo glorificatus erit, ſic & mundum ipſum poſt judicium innovari, s. q.91. 1. c.

55 Homine glorificato motus cœli ceſſabit, divina voluntate id faciente, s. q.91. 2. c.

56 Corpora cœleſtia majorem claritatem accipient in illa innovatione, ut quaſi ſenſibiliter Deus ab homine videatur, s. queſt. 91. 3. o.

57 Cum oporteat corpora inferiora maxime perfici ſecundum claritatem, in qua communicabunt cum cœleſtibus corporibus, elementa induentur claritate quadam, non autem æqualiter, s. q. 91. 4. o.

58 Cum plantæ & animalia non poſsint ordinari ad incorruptionem, non remanebunt in illa mundi innovatione, s. q.91. 5. o.

Judith laudatur, non quia mentita eſt Holopherni, ſed propter affectum quem habuit ad ſalutem populi; pro qua periculis ſe expoſuit: quamvis dici poſsit, quod verba ejus veritatem habent ſecundum aliquem myſticum intellectum, 22. q.110. 3. ad 3.

Juge ſacrificium fiebat mane & veſperi quotidie, figurans perpetuitatem divinę beatitudinis, & perpetuitatem Chriſti, qui eſt agnus Dei, 12. q.102.4. ad 10. & 3. q.22. 3. ad 3.

Jumentum ſeu pecus, dicitur omne animal ſerviens homini, 1. q.72. ad 2.

1 Juramentum eſt actus religionis, ſeu latrię; quia honorabiliſsimum eſt, 22. q. 89. 4. o.

Jurare eſt Deum in teſtem vocare, propter defectum locutionis & cognitionis humanæ, ideo non fit in neceſſariis, 22. q. 89. 1. o. & 4. c. & q. 98. 1. c.

3 Jurare eſt implorare teſtimonium Dei, ut exhibendum, ſed allegare ſacram ſcripturam, eſt uti teſtimonio Dei jam dato, 22. q. 89. 1. ad 1.

4 Juramentum Dei, & angeli ſacra ſcriptura inducitur ad oſtendendum infallibilitatem diſpoſitionis divinæ de aliqua re, non autem propter defectum dicti ſui, 22. q. 89. 10. ad 4.

5 Juramentum ſecundum ſe licitum eſt, & honeſtum, ſcilicet ratione originis & finis, ſed cedit in malum alicui, ex eo quod male utitur eo, ideſt, ſine neceſsitate & cautela debita, vel quia imminet periculum perjurii, quia de facili homo in verbo delinquit, 22. q. 89. 2. o. & 3. c.

6 Quæritur ad ſubveniendum alicui defectui, quo ſcilicet unus homo alteri diſcredit; ideo juramentum non eſt per ſe appetendum, ſed tantum in neceſsitate, ut medicina utendum eſt eo, 12. q.107. 2. c. ad 3. & q. 108. 3. ad 1. item 22. q. 5. 3. ad 1. item q. 89. item 3. c. item 5. o.

7 Debet habere tres comites, ſcilicet veritatem, judicium, & juſtitiam, 22. q.89. 3. o. & 7. c. item q. 98. 1. ad 1.

8 Jurare per creaturas non licet niſi ſecundum quod in eis veritas divina, vel effectus teſtificationis ejus oſtenditur, ſicut juravit Joſeph per ſalutem Pharaonis, ſcilicet vel per modum execrationis, quaſi ſalutem Pharaonis obligaverit Deo, vel per modum conteſtationis, quaſi conteſtando veritatem divinæ juſtitię, ad cujus executionem principes terræ conſtituuntur, 22. q.89. 6. o.

9 Aſſumuntur ad juramentum aliquæ creaturæ, non quidem ſecundum ſe, ſed inquantum in eis divina veritas manifeſtatur, ſicut juramus per Evangelium, ideſt, per Deum, cujus veritas in Evangelio manifeſtatur, & per ſanctos qui hanc veritatem crediderunt & obſervaverunt, 22. q. 89. 6. c.

10 Solet homo jurare per caput ſuum, aut per filium ſuum, aut per aliquam aliam rem quam diligit, ſicut & Apoſtolus juravit in animam ſuam, 22. q.89. 6. c.

11 Punitur per canones clericus per creaturam jurans, quod ad blaſphemiam infidelitatis pertinet, eo quod dominus prohibuit jurare per creaturas, ita ſcilicet quod eis adhibeatur reverentia divina, 22. q.89. 6. ad 1.

12 Juramentum duplex, ſcilicet aſſertorium, ideſt de præſenti vel præterito; & promiſſorium, ideſt de futuro, 22. q. 89. 1. c. & 7. o.

13 Juramentum duplex, ſcilicet per ſimplicem conteſtationem Dei, & per execrationem, ſcilicet obligando ſe, vel aliquid ſui ad pœnam, 12. q.89. 1. ad 3. & 6. c.

14 Deus dupliciter eſt teſtis in juramento, ſcilicet manifeſtando veritatem in mente, vel impublico, & puniendo mendacem, 22. q.89. 1. ad 3. & 2. ad 3.

15 Jurare per Deum ſecundum ſe eſt majus, quam jurare per evangelia, ſed ratione majoris ſolemnitatis, & majoris deliberationis, eſt é converſo, 22. q.89. 10. ad 2. & q. 98. 3. ad 3.

16 Obligatio voti cauſatur ex fidelitate ad Deum, ideo eſt major, quam obligatio juramenti, quæ eſt ex reverentia Dei, 22. q. 89. 8. o.

17 Juramentum obligat, ſecundum intentionem jurantis ſine dolo, alia obligat, ſecundum ſecundarium intellectum ejus cui juratur, 22. q. 89. 7. ad 4.

18 In juramento promiſſorio, eſt duplex obligatio, ſcilicet ad peccatum, ſi deſit veritas, & obligatio ad faciendum illud quod promiſit; ſed in juramento aſſertorio eſt tantum prima obligatio, 22. q. 89. 7. c. ad 3.

19 Juramentum coactum obligat in conſcientia, non autem in foro contentioſo; tamen poteſt repetere, vel denunciare ſuperiori, etiam ſi oppoſitum juraſſet, 22. q.89. 7. ad 3. & 3. q. 98. 3. ad 1.

20 Cum quis jurat facere voluntatem alterius, vel promittit, intelligenda eſt debita conditio, ſi id quod ei mandatur licitum ſit, & honeſtum, & portabile, ſive moderatum, 22. q. 98. 2. ad 3.

21 Juramentum & votum, cum vergunt in deteriorem exitum, vel cum ſit illicitum, non debet ſervari, 22. q. 88. 2. ad 2. & 10. c. & 12. ad 2. & q. 89. 7. o.

22 Jurans aliquid illicitum facere, vel jurans abſtinere à bono, ut à religione, non obligatur ſervare illud; ſed eſt perjurus ipſo facto, 22. q. 89. 7. c. ad 2. item 9. ad 3. & q.98. 1. ad 1. item ad 2.

23 Novus civis obligatur ſervare juramenta civitatis, ex fidelitate, non autem ex juramento, quia eſt actio perſonalis, 22. q. 98. 2. ad 4.

24 Canonicus jurans ſervare ſtatuta collegii, tenetur ad ſtatuta futura, ex vi eorum, non autem ex juramento, niſi hoc intenderit, 22. q. 98. 2. ad 4.

25 Ille cui juratur, poteſt liberare à juramento promiſſorio, quoad utilitatem ejus, non autem quoad utilitatem aliorum, nec quoad honorem Dei, 22. q.89. 6. ad 2.

26 Quilibet poteſt irritare juramentum ſui ſubditi, circa ea quę ſubduntur ejus poteſtati, ut pater vel maritus, 22. q.89. 9. ad 3.

27 In juramento aſſertorio non poteſt diſpenſari, nec in promiſſorio ſecundum ſe, ſed tantum ratione materiæ indebitæ, 22. q. 89. 9. o.

28 * Si dubium eſt, an ſit licitum, vel proficuum quod juratum eſt, poteſt à quolibet epiſcopo diſpenſari; ſi autem ſit licitum manifeſte, non videtur diſpenſabile, nec commutabile, niſi occurrat aliquid melius ad communem utilitatem, quod ad Papam maxime pertinet, 22.q.89.9. ad 3. & q.98.3. ad 1.

29 Jurans debet eſſe jejunus, niſi in neceſſitate, 22. q. 89. 10. o.

30 In feſto non licet jurare pro re temporali, niſi forte ex magna neceſsitate, ſed jurare pro re ſpirituali licet, 22. q.89.10. c. fin.

31 Pueri & perjuri non coguntur jurare quia jurarent ſine reverentia, nec ſacerdotes, niſi in neceſsitate, & pro re ſpirituali, 22. q. 89. 10. o.

32 Recipere juramentum per falſos deos à diſpoſito ſic jurare, licet ſecundum Auguſtinum, non autem licet inducere, 22. q.78. 4. c. & q. 98. 4. ad 4.

33 Cogens jurare quem ſcit pejerare, peccat mortaliter, niſi ſit perſona publica, ut judex, qui requiſitus tenetur ad hoc, 22. q. 98. 4. o.

Jurgium videtur idem eſſe quod rixa, 22. q. 41. 2. c. item ad 2.

Quilibet habens juriſdictionem, poteſt ea quæ ſunt juriſdictionis committere, 22. q.187. 1. c.

Jus